

Pink

539 12 1

RMK. I.

539

(2. pild.)

Telges.

EXEQVIARVM
Cœremonialium
SERENISSIMÆ
Principis ac Dominae Dnæ.
SVSANNÆ CAROLI

SACRI ROMANI IMPERII
Transsylvaniaeque PRINCIPIS, partium Regni
Hungariae Dominae, Siculorum Comitissa ac
Opolae Ratiboriaeque Ducissa

LIBELLI DVO.

IN Quibus Orationes & Carmina eorum, qui funebrem
Pompam lucubrationibus suis ornarunt, continentur.

Martinus Tokes
ALBÆ-IVLÆ

Permissu Sacri Romani Imperij Transsylvaniaeque Principis:

Franciscus EXCVSI

PER

Andream Valasutium & Martinum Mezleninum.

Anno Salutis Nostræ MDC XXIV.



Ad Candidum Lectorem
Parænesis.

ISTE novo Lector tibi nunc Liber editur orsu.
Editur heu querulis livida musa modis.
Hic nihil invenies præter lamenta virorum,
Et matrum lachrymas, luctificosq; sonos.
Cymbala cessarunt, cessarunt nabra lyræq;
Proiecit cytharas tristis Apollo suas.
Incluta nec tantum magni flet Principis aula,
Sed tota illachrymat Dacia & Hungaria.
Dicitur ipse udis lachrymis fluxisse Tybiscus,
Et Samus & Marysus, Danubiusq; Pater.
Quid Princeps altus? nemo ipso mæstior illo
Tempore, quo coniunx fata subiret, erat.
Quàm multas fudit lachrymas? quot pectore ab imo
Edidit heu gemitus? quos dedit ore sonos?
Et quis non fato raptam fleat heroinam?
Regula quæ morum, quæ decus orbis erat.
Hunc ego vel duras labris suxisse lænas,
Vel ferrum circa pectus habere reor.
Ergo ut communes reginæ in funere factos
Acciperet questus candida posteritas.
Hos omnes lachrymas, atq; hæc lamenta Serenus
Excudenda suis Rex dedit ipse typis.
Scilicet ut divæ virtus preciosa Susannæ
Vivat in humanis mentibus, ore, sinu.
Scilicet ut lector chartarum pervigil harum,
Dum superas, lethi sis memor usq; tui.
Vnde tibi vitam repares melioribus actis,
Hisq; petas alis regna corusca DEI.

Pauli Forro de Haporthon, Serenissimi
Principis aula familiaris.



SERENISS. POTEN-
TISSIMO q; PRINCIPI AC DO-
mino Domino.

GABRIELI
DEI GRATIA SACRI
Romani Imperii Transsylv-
niæq; Principi, Partium Regni Hungariæ Domi-
no Sicularum Comiti, ac Opoliæ Ratiboriæq;
Duci, Domino suo clementissimo,
Temporalem eternamq; felicitatem.

Retatem, quâ divino cultui, aut honestæ in-
tegritati, additus mortaliū ordo, ab Epicu-
reorū, prophana propfugataq; vitæ hominū
incomposita discernitur colluvie, Sereniss. po-
tentissimeq; Princeps, non inconcinne triplicē esse, pleriq; sã-Thom. C.
pientes tradiderunt: Religiosam, Politicam, Oeconomicam. secundæ
Nam, cum Pietas sit habitus ille mentis, qui tacita quadã q. 80. ar. 2.
reverentia seu religione, animum nostrum Deo, Patriæ,

A 2345

ant

aut proximis iis, quos nobis constat esse chariores, devincit, ad tria hæc obiecta, Deum, Patriam, in qua proximi degunt, & Familiam tanquam ad immotum ut collimet scopum, planè necessarium est. Ac pietas quidem religiosa, est habitus ille, menti infusus, qui Deum exquisitissimo cultus genere, ex præscripto Sacrorum divina scriptura oraculorum, quibus assentitur, afficit: unde & theosebia cultus Dei interior, dicitur: Quæ in Abrahamo, Isacho, Iacobo, Davide, Samuele, Iosaphato, Helia, Eliseo, Daniele & Sociis, & multis Sanctorum Myriadibus, qui atrocissimis cruciatuum generibus, maluerunt fragiles hæc corporis exuvias deponere, quam latum unguem à vero sincera pietatis tramite recedere, vim suam efficaciter exeruit. Vtpote, quæ, non in aliis, quam in gremio veræ Dei Ecclesiæ enutritis, cadere potest. Etsi enim gentiles plerique, naturæ lumine ducti Deum esse agnoverint, & eximium quoddam sanctimonie pietatisque specimen, velin ficticiis suis Diis & Idolis colendis ediderint; adeo, ut sine oraculis, victimis, votis, piaculis, auspiciis, quod de Romanis satis constat, nullas res maioris momenti inchoarint; id tamen, supersticiosa magis impietas, verum Deo minimè attribuens cultum, quam Pietas censeri debet. Pietate autem Politica, quæ animum amore quodam incredibili Patriæ & proximorum, omnibus superatis difficultatibus, imbuit, plurimi etiam gentilium claruerunt: alij enim eam in extremo proximorum discri-

mine

mine, ut Damon & Pythias: alij in arctissima colenda amicitia, ut Pylades & Orestes, Theseus & Pyrrhithous; multi in morte pro Patria incolumitate toleranda, aut aliis facinoribus præclare gestis, declararunt; ut Codrus Atheniensium Rex, pro Patria (ut Poëta verbis utar,) non timidus mori. Is enim, cum inter Athenienses & Dorienses, Veteres simultatum offensæ, quas Dorienses bello vindicaturi erant, suborta fuissent, consulto de eventu prælij oraculo, responsum accepit, Athenienses amisso Rege superiores fore. Quo, minimè territus, permutato habitu, pannosus, sarmenta collo gerens, castra hostium ingreditur, ibique in turba obsistentium, à milite, quem falce, astu convulneraverat, interfecit, Patriam imminenti exemit periculo. Leonidas autem Spartanus, cum sexcentis civibus, apud Thermopylas toti Asiæ obiectus, gravem illum terramarique Xerxem, pertinacia virtutis ad ultimam desperationem redegit. Caterum, loci opportunitate, quæ plurimum adiuvabatur spoliatus, cadere dimicans, quam assignatam sibi à Patria stationem deferere maluit: & pro universa Græcia morti se devovit. Eidem Xerxi, cum satisfactionem pro legatis à Lacedæmoniis contra ius gentium interfectis, peteret, & videretur rem armis vindicaturus, nisi aliqui mitterentur, qui flagitium admissum morte sua expiarent: Bulis & Sperthies se ultro obtulerunt, qui pro Patriæ salute sanguinem, si ita casus ferret, profunderent,

Iust. lib. 2.
pag. 22.Iust. lib. 2.
pag. 28.
Herod. lib. 7.

Herod. lib. 7.

B

E. coram

coram ipso Xerxe, iugulum prabentes, se sisterent. Vt
omittam Romanos, nemini ut Imperii magnitudine, ita
militari fortitudine & pietate in Patriam secundos: Q.
Mutium Scaevolam, à cæde Porsenæ Hetruscorum Regis,
Romam arctissimo prementis obsidione, manu non animo,
aberrantem, M. Attilium Regulum, Æmylium Paulum,
magnæ (ut Poëta loquitur) animæ prodigum, M. Curtium,
Q. Ceditium: Duo illi Decij, bello Latino & Gallico se-
se devoventes, immortalem Patriæ pietatem persolverunt,
arbitrantes non solum pulchrum & decorum, sed etiam piū
esse pro Patria mortem oppetere. Iam verò Oeconomica
Pietas, quā, naturali quadam animorum propensitate, Pa-
rentes in liberos, liberi in parentes, Principes legitimi in
subditos, (quid enim interest inter optimum Principem &
optimum Patremfamilias?) Mariti in uxores, Præceptores
in discipulos afficiuntur, etiam in divinis literis fundamen-
tum habet. Quid enim aliud Deus Opt. Max. in quinto
Præcepto, Honora Patrem tuum & Matrem tuam,
sub blando Patris & Matris nomine præcepit? Quid aliud
1. Tim. 5. Apostolus his verbis: discant prius in propriam do-
verl. 4. 8. mum pietatem exercere, & vicem rependere pa-
rentibus, item: Quod si quis suis, & maxime do-
mesticis non providet, fidem abnegavit, & est in-
fidei deterior, innuit: Vnde Sancti quique Veteris Te-
stamenti præcones, Reges, Principes, in eminentia consti-

tutos, Iudices & Senes honorandos, subditos autem iniusta
& indicta causa, non esse opprimendos, crebrò docuerunt:
servis Dominos, mulieribus Maritos, & ex adverso, omni-
bus pietatis officiis prævenire, præceperunt. Eam ob causā
Abraham, uxorem Saram, non duntaxat in vivis agentem
piè ac honorifice sustentavit & protexit, verum etiam è Gen. 13. 7
viventium numero sublatam, emptis ab Hephronè Chitthæo
agro & spelunca, illustri decoravit monumento. Iacobus u-
xorem suam Rebecam, fato functam, statua insigni cohone-
stavit: Ioseph autem parentem suum Iacobum, postquam is Gen. 35. 1
viam universæ carnis ingressus est, aromatibus conditum,
& per integros 70 dies ab Ægyptiis defletum, magnifico ap-
paratu & comitatu servorum Parhonis, exercitu seniorum,
curruum & Equitum multitudine stipatus, in terra Cena-
hanis sepelivit. Iosephum fratres, insigni pietate defletum,
post multos annos in terram Cenahanis transportarunt:
Eandem nihilominus pietatem gentilium etiam alij erga pa-
rentes, alij erga uxores exercuerunt. Aeneas Patrem An-
chisen humeris imponens, è media Troianarum flammarum
tempestate, eripuit: Vnde illa gloriatio apud Poëtam:

Illum ego per flammæ & mille sequentia tela,

Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi.

P. Scipio Patrem L. Scipionem Iuvenis ad Ticinum à
Pœnis penè oppressum protexit. Cn. Martius Coriolanus,
pulsus in exilium, deinde Imperator Volschorum factus, cum

nullorum precibus victor exorari posset, *Veturie Matris*
& Volumnie uxoris duos parvos liberos secum portantis o-
rationibus victus, mœnibus Romanis pepercit: ut omittam,
Cleobin & Bitonem, qui Argiam sacerdotem matrem suam
Cic. lib. 1. Tusc. Q. curru insidentem, equorum penuria ab oppido traxerunt ad
Herod. li. bro 1. phanum, sequè jugo alligarunt, quod jus esset sacerdotem
ipsam ad Sacrificium curru vehi. Numa Pompilius uxo-
rem suam Tatiam, T. Tatii Sabinorum Regis filiam, sin-
gulari in vivis agentem amore persecutus, fati severitate
abreptam, magnifico decoravit monumento. Antoninus
autem Pius, Faustina uxorem in numerum Divarum re-
tulit. Quæ omnia Princeps Serenissime, propterea enume-
ro, ut intelligas triplici te pietate munitum, nihil aliud
per unversum vitæ tuæ decursum egisse, quam, quod
pj quiq; Reges, Principes & Heroës, qui amplissimum no-
men, immortalemq; memoriam posteris reliquerunt. Nam
& Deum Opt. Max. ea pietate, quæ ex dictamine divinæ
scripturæ, eruitur, ab ineunte ætate ita coluisti, ut propiti-
um semper (Numen enim colenti cuncta prospere eveniunt)
secundis rerum eventibus ornatus, nactus fueris, adeo, ut,
quod Poëta de Theodosio: Idem ego de Vestra Maieſt, pro-
Claudia. ſperitate auſim pronunciare:

O, nimium dilecte Deo, cui militat æther,
 Et coniurati veniunt ad classica venti!
 Et Patriam; etiam præsentissimo vitæ & fortunarum

discrimine, tam indefesso per aliquot iam annos studio, de-
 fendisti, ut Codro, Scævola, Decius, Leonida, & omnibus iis
 qui de Patriâ præclare meriti sunt, æquiparandus, si non an-
 teferendus meritò censearis. Domesticos autem seu familia-
 res Aula, Maieſt. Vest. quàm singulari industria foverit, &
 vigili paternaq; cura promoverit, omnes intelligunt. Nemi-
 nem enim eorum esse puto tam excordem & beneficiorū im-
 memorem, qui radiis clementiæ & liberalitatis Maieſt. V.
 sese non recordaretur illustratum. Dum alij è tenui sorte ad
 honores, ad purpuram, alij à stiva propemodum, ad Digni-
 tates & officia assumpti sint: nonnulli T. Maieſt. liberali-
 tate pagos & oppida, alij divitias, alij Præfecturas, multi
 bonas etiam literas pro mensura donorū Sp. S. obtinuerint.
 Ante omnes autem Sereniss. Susannam Carolinam felicis re-
 cordationis Principem, vitæ quondam Maieſt. V. sociam,
 non duntaxat variis beneficiorum generibus, in viventium
 numero constitutam Maieſt. V. affecit, verum etiam arden-
 tissimo amore coniugali dilexit, & è vivis exemptâ piissimè
 deflevit, magnificè sepelivit, & memoriam eius sempiternam
 typis publicis descriptâ, ad seram transmittere posteritatem
 decrevit. Cuius benedictam memoriam, memoriam pariter
 Pietatis Maieſtatis V. sempiternam, præsentibus libellis ex-
 pressam, recale Princeps Sereniss. benignissimo ac clementiss.
 animo, ut ex clementi Maieſt. Vestra favore, in Domino

PRÆFATIO

defunctæ Principis clarissimū nomen & existimatio, serenissimam rem acquirant lucem: nostra autem studia, tenuia quidem, sed M. Vestra honoribus dicata, ad maiora virtutis, & rerum à Maieſt. Vestra, fortiter præclareq; gestarum præsonia, excitentur. Eandem Sereniss. Maieſt. Vestram felicem valere & florentem regnare cupio. Datum

Albæ-Iulæ Idibus Aprilis. Anno

Domini MDC XXIV.



Sereniss. Maieſt. Vestra

Humilissimus cliens,

CASPAR Boithi. H. A.



EXEQUIARVM COEREMONIALIVM

Liber Primus



ANNO à partu virginis MDC-
XXII, remoto Civilium bellorum metu, &
inita cum Cesare Ferdinando pacificatione, cum
nihil ad integram felicitatem, quæ in hoc multi-
plicibus vicissitudinibus obnoxio orbe, cadere posset, Gabrieli Prin-
cipi, tot victoriis nobilitato, deesse videretur; ad versa repente
fortuna vis, quæ unum eundemq; perpetuò beatum esse non si-
nit, feræ eidem manus iniecit. Nam SVSANNAM Carolinam,
spectatæ pietatis Principem, coniugem Charissimam, fatalis quæ-
dam immitioris morbi acerbitas corripuens, non exiguum caliginis
splendori eius, & rebus fortiter præclareq; gestis, offudit. Ea,
Ladizlao Caroli, & Clara Szyni conspicuæ virtutis fœmina
progenita, ac in exquisitissimis virtutum omnium studiis educata,
per integros XVI plus minus annos, intemperato sacri connubij
iure, Serenissimo complacuit Marito: Cui etiam duos masculos,
scitos elegantesq; pueros, immatura fatorum severitate, in ipsis cu-
nabulis extinctos, enixa fuit. Omnium fortunarum, honorum
& dignitatum socia, Anno Domini MDC XIII ad X calend. No-

Thyris ad Jene

*Præfatio ad R
vemb. fuit anno 9.*

2622. vemb. unanimi ordinum Transylvania consensu, maritalis dignitatis particeps, Princeps salutata est. Anno autem Domini MDCXXIII Calendar. Sextil. ad Norvolum Regiomontanā civitatem, frequentissimo universorum Regnorum Hungaria Dalmatie, &c. assensu, ad Electam Reginalem, eminentia consors Maritalis, fuit sublimata maiestatem. Sed cum naturā, vini usum aversaretur, ac per omnem vitam temperantia studens, gelidā in potu aquā uteretur, frigidos humores in toto collegit corpore. Eam ob causam incidit in morbum, industriam medicorum refugientem, quem incredibili animi constantia ferens, Deo rerum moderatori, devotissimas agebat gratias, qui prosperos fortune eventus, acerbitate quadam temperare soleret. In mediocrem nihilominus, recuperanda valetudinis spem, temporalibus Medicorum erecta subsidiis, cum Principali Maiestati Comiciorum ad Calend. Maias indictorum causa, in Transylvaniam proficiscendum esset; animum & ipsa, fortē aere clementiori in Transylvania usura, ad protectionem adiecit. Casovia egressa est VI Iduum April. & tolerabili valetudine in exoptatam bonorum omnium mentes, erexit spem. Sed cum Hunyadinum, quod oppidum a clara Banffiorum prosapia cognomen sortitur, appulisset, recidivam morbi vehementiorem sensit. Ea propter, cum peritissimique Medicorum ex edicto advolassent, & medicas admoventes manus, morbi vehementia nullum admittente cataplasma, parum profecissent. 3 Nonar. Maij ipso nimirum die F. Ascensionis D. Servatoris Iesu dicato, in lectū se componens, absq. omni festivitate Claudiopolim ingreditur, adq. ad ades magnificas heredum Emerici Gellenij, divertit. VII Iduum Maij sacra se refocillans Eucharistia, variis consolationibus per continuos tres dies, quibus supervixit, usa est. Deo autem ante omnia immortalī pro omnibus in-

bus in se collatis beneficiis, summas egit gratias, eundemq. pre-tata est, ut placidum ex hac vita, in cœlestes sedes transitum largiretur: Deinde Sereniss. Marito amplissimis verbis gratias pro coniugali & sincero amore, cura, protectione agens, eundem divina protectioni commendavit. Magnificum autem Stephanum Kakony, virum spectata fidei & probitatis, nec non Ioannem Caspar aule sue Magistrum, fidelem in administrandis rebus consiliarium, nominatim compellans, admonuit, ut Sereniss. Mariti sui salutem modis omnibus procurarent, pacis & concordia semper authores essent, dissensiones procerum saepe numero suboriri solitas quantum in ipsis situm esset virium, optima fide componerent. IV Iduum Maij ingruente nocte, somnifera sumens catapocia, dormivit pauxillum, mox evigilans & sensim tabescens, dormienti similis, circiter secundam horam post nocturnum canticinium, placidē in Domino IESU Servatore, manibus Serenissimi Principis Mariti excepta, obdormivit.. Hic fuit exitus, Principis per omnes honorum gradus, ad reginalem etiam Maiestatem exaltata, in eadem urbe, in qua ante annos plus minus XVI, connubiales tadas fausto celebraverat omine, octennium verò antē, VI Menses, dies xx, ad Principalem fuerat exaltata dignitatem: ut divina interveniente ordinatione, cœlestem in eadem, in qua terrenam consecuta fuerat dignitatem, nancisceretur urbe gloriam. Erat statura mediocri, forma singulari, venustate faustissima, pudicitia incomparabili, capite, humeris ceterisque membris inter se mira pulchritudine consentientibus, cogitabunda facie, & plus Reginalis excellentiæ, quàm muliebrium deliciarum referente.

Ingenio autem miti, religioso, & magis devotioni, quàm caducis rerum humanarum curis dedito. Mortis ubi fama percrebuit, Matronarum turba in adibus excita proximis, atq. universa aulicorum

manus, Heroinam effusè deplorarunt, virgines autem honorarie laceratis crinibus, & inscripto unguibus ore miserabiliter vociferate sunt, omnia lamentis laquearia personuerunt. Quin & ipse Princeps, charissimam vita consortem, & in gravissimis rerum moliminibus cura cordisq; levamen, non mediocriter lugens, purpuram mutavit. Pratoriana cohors vestes & signa mutarunt. Optimates autem Regni, qui frequentes Comitibus interesse solent, sese ad evulgatum hunc composuerunt luctum. Postero die corpus Reginali cultu & insignibus exornatum, strato ex ostro lecto, in capaciore cœnaculo, ut ab omnibus conspici posset, exhibitum, deinde post tertium diem, cum paulatim subolere cœpisset, (erat enim aër tepidus), inpicata reconditum est capsula. Placuit Senatui, ut intermissis ad præsens comitiorum negotiis, deductio funeris, Albam Iuliam usq; solennis, ad IX Calend. Iunij reiceretur. Curandis interim Cœremoniis, ornamentis, picturis, insignibus, instrumentis usui aptis, ij quibus id negotij iniunctum fuisset, impigre vacarent, Litera autem ad Ecclesiasticos per Reverendiss. Dn. Superintendentem scripta, in quibus admoniti sunt, ut funebribus concionibus, orationibus & carminibus instructi, VIII. Calend. Iunij, deductioni funeris communis Ecclesia nutriticis, frequentes interessent. Interea, ne luctus sacros interromperet labores, placuit viris Deo Sacris, ut selectis divinarum concionum declamationibus seriatim vacarent, quibus & tabescentia mœnore corda recrearentur, & anima ad immortalitatem aspirantes magis ad cœlestis corona perceptionem, inflamarentur.

Ante omnes autem dum corpus Sarcophago committeretur, excellentiss. Dn. Stephanus Melotanus Archiconcionator aulicus, exactissimum instituit sermonem, variis consolationibus plenum, ex illo Dei: Ad momentum parvum dereliqueram te, sed

miserationibus magnis congregabo te, paululo fervore absconderam faciem meam momento à te, sed benignitate sempiterna misereor tui, ait vindex tuus IEHOVAH. Qui eodem tempore, exanime corpus sepulchro, amplissimis commendavit verbis. Idem die festo, missioni Sp. S. dicato. in cathedrali Colosvariensium Basilica, ex Actis Apostolorum, de Deitate Sp. S. & donis eius, eruditè disseruit, & mystica communionē corporis & Sanguinis Dni Principem ex profundo erectum mœnore, bonosq; quosvis, refocillavit. Die autem sequenti, Dn. Andreas Gyöngyösi, Primarius Ecclesia Orthodoxa Colosvariensis Pastor elaboratam ex illo Paulino: Novimus autem iis qui diligunt Deum, omnia simul adiuumento esse ad bonū, instituit concionem. Quem in sacro labore Reverendiss. Dn. Ioannes Kesserüi Superintendens Ecclesiarum Transylvanicarum Helveticam confessionem profitentium, Ecclesia Alba-Iulana Antistes & Concionator aulicus, subsecutus, ex illo Davidico: Multae sunt tribulationes iustorum, sed ex omnibus illis eripit eos IEHOVAH, jucundissimas deprompsit consolationes. XX autem die Mensis Maij, D. Stephanus Melotanus, ex illo Iobi: Ecce beatus est mortalis quem arguit Dominus, quia propter castigationem Omnipotentis ne spernas, nam idem dolore afficit & obligat, vulnerat & manus eius medicantur, doctissimum instituit sermonem. XXII die Maij, prafatus Dñ. Superintendens, ex elegantissimo Salvatoris pronuntiatione: Ego sum Resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit vivet: luculentam habuit concionem. Postremo, antequam prafixus solenni deductioni dies, appropinquaret. D. Martinus Szylvasi, Ecclesia Banffi-Hunyadina Pastor, Sermonem elegantem in Aula, ex illo Iobi: Homo natus muliere, bre-

Cap. 2.

Rom. 8.
v. 28.

Ps. 34. 20.

Iob. 5. 17.

Ioan. 11.
vers. 25.

Cap. 14. 5.

re, brevi ætate, & satur commotione, ut flos, simul æ
egressus est succiditur, & fugit velut umbra, neq; consistit,
instituit. Dn. autem Andreas Gyöngyösi xxiii die Maij, ex illo
Iob. 1. 27. Iobi: Nudus egressus sum ex utero Matris meæ, nudus
redibo illuc: gravissimas instituit exhortationes. At verò dies
simul ac celebrati deductionis dicatus illuxit, frequentissimus omni-
um ordinum concursus forum complevit. Princeps ipse, cum de-
lectis Regni Optimatibus, portā adium Gellenyanarum, unde funus
effereandum erat, concameratam, & subsellis refertam lugubribus,
occupavit. Pheretrum holoserico ob ductum bis torto, aureis autē
argenteisq; fibulis, in formam calicū apertorum liliorum arti-
ficiosè elaboratis insignitū, clavis argenteis de auratis variegatum,
insignibus ad hac reginalibus aruticisq; (Quæ, duplicatam crucem
è prominulo quasi monticulo exsurgentem, quatuor fluvios Pan-
nonia nobiliores, Danubium, Tybiscum, Savum, Dravum, Ni-
sum integrum, rostro cor rubicundum vellicantem, septem turri-
culas, totidem liberas Transylvania civitates indigitantes, So-
lem, Lunam, Aquilas deniq; unam pansis alis è terra quasi emer-
gentem, alteram integram, Ducatū Opolia & Ratiboria signa,
cum Diademate Regio, comprehendebant.) undiq; respersum, ab
Optimatibus Regni Senatorii ordinis, epirrhediis humeros fulcien-
tibus, (erat enim non exigui ponderis,) prolatum, in medio de-
positum est. Pratoriani extra portam pedites pullati, multitudi-
nem triplicato circumstiterunt ordine, Equites autem & frequens
nobilium ordo è regione porta constitit. Ecclesiasticorum multi-
tudo ante portam collecta, recinit de more gentis nostra, funebrem
Psalmodyam. Qua ubi finem sortita est, Dn. Stephanus Me-
lotanus, eruditissimum instituit sermonem ex clarissimo illo Sa-
lamonis pronuncito: Fallax est gratia & vana pulchritudo,
Mulier

Prov. 31.

30. 31.

Mulier reverentia, Iehovæ prædita, ipsa laudem compa-
rat sibi, date ei de fructu manuum eius, & laudent eum
in porta facta eius. Absolventem, omni bonarum literarum
artiumq; cognitione Clariss. Dn. Stephanus Gheleinus, de-
mortua Principis Concionator disertissimus, laudes clementissimæ
Patronæ selectissimis complexus dictionibus, demisso vultu, ocu-
lisq; penè rorantibus, hac excepit oratione:

ORATIO CLARISS. D. Stephani Ghelei.

TRISTE malum, lugubre fatum, funus
largissimis lachrymarum sympluviis irrigandum, Serenissi-
me Transylvania & Sacri Romani Imperij Princeps, Illustrissimi
Principes, Illustriss. Regni Gubernator, Illustris, Spectabiles, Magni-
fici Dni Comites ac Barones, Generosissimi item ac Nobilissimi cu-
iuscunq; ordinis ac dignitatis Aud. Tuque Reverendiss. ac Clariss. ver-
bi Dei Praconum veneranda corona, tu deniq; amplissimorum, cir-
cumsectorum prudentissimorumq; Civium augustissima cohors, nos
in theatrum istud, squalore undiq; obsitum, luctuq; atratum congre-
gavit. O utinam post tot, tantasq; malorum Iliades, tot cruentorum
funestissimorum bellorum Myriades, tot popularis sanguinis effu-
siones, tot dira duraq; famis perpersiones, tot deniq; pestilentia late
populantis, inq; viscera Heroum savientis atrocitates, tandem ali-
quando latior, latioris Concionis nobis affulsisset dies! Nube solet
pulsa clarior ire dies, inquit ille. At infelices nos, quibus istam quoq;
tempestatum vicissitudinē, fors invertit iniqua! Nubes enim pro
dolor! unius angoris, alterius impellit nubem languoris! alterum
malum

malum alterius insistit vestigiis, luctus luctum excipit, nec maestitia
 laticia succedit, nec facies a squalenti lachrymarum madore siccescit.
 Nullum praesentius praeteritorum malorum perhibetur remedium,
 quam oblivio. At malorum saepius recurrentium, qualiter quaso in-
 duci potest oblivio? Hucris subinde refricati recrudescit passio.
 Sic, sic, infandum! exulcerata & exasperata praedoloribus corda,
 utcumque solaminis malagmate lenita, feralibus istis supervienti-
 bus, acutioribus velut immisus unguibus recruduere: dum madden-
 tibus genis, manantibusque non sine gravi cordolio lachrymis, coram
 cernimus Sereniss. Transylvaniae & Sacri Romani Imperij Princi-
 pissam, Susannam Carolinam, Sereniss. Principis ac. Dni. nostri Cle-
 mentissimi, vita sociam jucundissimam, Heroinarum decus sydereum,
 virtutum paradigma luculentissimum, Reipub. columen firmissimum,
 Ecclesiae, fautricem Nutricemque, pientissimam, omnium denique bono-
 rum non tam Dominam, quam Matrem benignissimam, improvisa
 mortis rabie extinctam, praesentique Sarcophago conditam. Quis mihi,
 quis imbres dabit lachrymarum, ad bustum hoc irrigandum? quis
 linguam facundia tinget Tulliana, ad laudes Estherae huius benefi-
 centissima dignis encomiis decantandas? Nunquam me Aud. fuisse
 audacior, ne dicam magis temerarium, suspicor, quam hac vice
 locum istum argumento dicendi amplissimum, frequentique vestro
 concursu augustissimum conscendentem. Agnosco sane & ultro fateor,
 meam tum in concipiendo hebetudinem, tum in eloquendo balbutiem,
 praesertim hoc tempore, quo communis luctus & amplissimus vester con-
 sessus me non mediocriter conturbat. Sicut enim iis, qui e tenebris &
 longo situ in apricam repente prodeunt, acies oculorum caligat & lumi-
 na perfringuntur: sic mihi & nihilo secius in praesentiarum evenit.
 Cum namque vos velut sydera contueor, acies ingenii hebescit, & lingua
 promptitudo, (quantulacumque ea alias unquam fuerit,) praepeditur.
 Sed quid mihi de vobis pollicear? Antois, velut ad aram dicturus
 Lugdunensem expallescam? An autem Tribunal quasi Rhadamanti caus-
 sam

sam a Turus obrigescam? Minime verò. Imò, omnia mihi de vobis
 polliceor meliora. Sicuti namque Sol Lumine suo sublunaria quaeque a-
 nimat, recreat, & calore suo subiectis vigorem dat: Ita mihi
 a favorabili vestro aspectu alacritatem infundi, ac ab ipsdem quibus
 terrebar animum addi posse, haud diffido. Itaque tum gratitudinis
 erga Principissam pie demortuam, Dominam meam clementissimam
 oestro percitus, tum superiorum, inprimis verò Sereniss. Principalis
 maiestatis clementi nutu & autoritate ductus, pauca de laudibus
 Sereniss. Susanna ut bene olim nata, ita pie nuper in Domino dena-
 ta, supremum Charistirion persoluturus, in medium vestri proferam.
 Quod dum facio vos universos & singulos obnixè humiliterque oro & ob-
 testor, ut orationis meae cursum aura lenitatis vestra sublevetis, adque por-
 tum exoptatum provehatis. Ingens sane dicendi Campus hic mihi se ape-
 riet, si vel orationis pandere & vasto Mari me committere vellem.
 Tantum enim, tamque grandem in hac pie defuncta Principissa virtutum
 conficio acervum, ut eas omnes, si vel ora centum, totidemque in iis Cha-
 libea jupperent lingua, si polius mihi, quam Tullio, si tersius, quam
 Demostheni fluere oratio, non tamen complecti dicendo possem: Ideo,
 quod Imperatores in bello pro renata faciunt, ut cum angustis locorum
 inclusi ad pugnam educere universum non possunt exercitum, optimos
 saltem & lectissimos quosque milites in primam aciem ceteris remotis pro-
 ducunt: Idem mihi hoc brevi temporis curriculo circumsepto faciendum,
 & ex infinito praeclararum virtutum, numero summa saltem capita &
 fastigia rerum decerpenda veniunt. Bona itaque & dona qua vocantur
 corporis ut sunt forma venustas, Persona plane Reginalis, proportionata
 & bene disposita membrorum compactio, virium integritas, temperamen-
 torum suavitas, sensuum robur & vigor, & id genus alia, tanquam à
 presenti proposito meo aliena, ex industria praeterrittam; Generis, item
 splendorem, Parentes inclitos, aetatem florentem, annos in Matrimonio
 exactos, & si qua sunt alia eiusmodi, tanquam alij loco & tempore re-
 servanda tacite etiam praeteribo. Supervacaneum esse putans, cum ani-
 mi non desint capere laudes ex corpore. Similiter bona, quae fortuna tri-
 buuntur, puta divitias & opes, honores & dignitatis fastigium & reliqua

cuiusmodi vix verbo attingam. Ad virtutes ergo animum & animam Nobilitantes, stilum & stilum sermonis convertam. Inter eas, quæ alias Morales vulgò dicuntur virtutes, agmen ducit Pietas erga Deum, seu verus & legitimus Dei cultus, quippe qui finis quoque Creationis & Nativitatis unius cuiusque nostrum recte assignatur. Ea certe tantopere excelluit & executionem sui finis tantopere anhelavit, ut eo nomine multis parasangis non modo sui seculi, sed & superiorum ætatum pietatis opinione celebratissimas feminas, coæquales simul & inæquales post se reliquerit, memori semper illud Apostolicum versans pectore: Pietas ad omnia utilis: Pietas habet promissiones presentis & futurae vitæ, Pietasem quæsum esse maximum reperit. Atque hinc factum est, ut fluxa & caduca fallacis huius seculi obiectamenta, quibus alii ferè omnes tanquam aves laqueo, pisces hamo capiuntur, religioso Dei cultui, & perennantibus futuri seculi gaudiis captandis non modo non pratulit, sed & longissime post habuit. Hinc porro assidua Sacrorum frequentatio, attentissima verbi Dei auditio, ardentissima in precibus devotio, avidissima denique corporis & sanguinis Domini Communicatio, tanquam indubitata pura pura Pietatis Tekmiria in ea eluxerunt. Ita se sollicitis seculi huius curis implicuit, ut superna longè curaret diligentius: Ita necessariis huius vitæ negotiis incubuit, ut primitias suorum laborum querenda iusticia Dei consecraret: Maria ergo & non Marthe in piis sollicitudinibus amulam: Anna in frequentandis adibus sacris & indefesso ferventissimo precandi Zelo, cedere nesciam: in contemnendis huius Mundi delitiis, nulli Flaminum secundam, neminem vestrum si dixero, invisurum puto. Quid ergo, scire vis, pro summis habuit delitiis? Contiones. Qua Nablia; qua cythara pias eius aures jucundarunt delicatius? Cantiones. Quocum sermones & libentius commutavit & longius produxit? Cum Deo orando scilicet. De quo alios sapius audire cordi fuit? De Deo. Nullus unquam perditus Epicurus impurum ventris Mancipium, tanto hiatu mundana appetivit, quanto hac cælestia. O piam, o devotam, o Deo unice consecratam animam! Proximus à pietate castitati debetur locus, Castè enim, ut inquit ille ad Deos aditur, castè Pietas & Cultus Divinus accipitur, iuxta illud: Casta

Casta Deus mens est casta vult mente vocari,
Et castas iussit pondus habere preces.

Ea sanè ut omnibus hominum generibus decori est. honestis certè Matronis Corona instar, ornamento est. Et licet rara inter formam & pudicitiam sit concordia, in hoc tamen rara castitatis exemplo, individuo nexu istæ duæ virtutes coherebant, & blanda oscula mutuo sibi libabant. Ut vix vel sollicitè cogitando judicare possim, utrum castimonia venustati amittior, quam hac illi in ea fuerit familiarior. Quantò verò illicitas & impuras Veneres studiosius aversa, tanto contentius castis & legitimis Mariti sui amoribus conciliandis fuit intenta. Summa eius cura fuit, thorum viri sui unice dilecti intemeratum conservare, fœdus connubiale feliciter semel sancitum sanctè & inviolatè perpetuò retinere, & vel levissimam quamque prostituti pudoris suspensionem evitare. Tam potenter carnis affectibus, quibus fortissimi quique vincuntur, norat dominari! Imò, ut quod verum est libere fatear, ita huius vitæ desideria renunciârat, ita fomitem malarum extinxerat cupiditatum, ita Sponsum suum, Spiritualem Christum, fide sibi junxerat, ita denique Angelicam vitam affectârat, ut parè ad modum concessis quoque frueretur voluptatibus. Comptus fœmineos, mundos muliebres, nimium quam habuit neglectui armillas insuper, in aures monilia, tunicas gemmis auroque contextas, quamvis id generis ornamentis, pro sua amplissima opulentissimaque facultate indigere non potuit, moderatè ad modum & non nisi ratione tuenda Maiestatibus, seridè id exigente, usurpavit, adeo ut si quis ex vestium nitore unionum fulgore, capillorum in cincinnos intorsione, id agmine amicarum vel pedisequarum coniecturam de ea fecerit, longè cum aberrasse necesse sit. Vultu præterea ad castitatem composito ingessit: fucos autem illos meretricios pleno stomacho angue & canè penitus edidit. Dicam verbo, omnem suum ornatum in interioribus ani-

E

mi do-

mi dotibus, non in externo vestium luxu, philtro vel vultus medicamine collocavit. Et quoniam casta mentis fidelis est index sermo castus, & verba sunt infallibilia conceptum symbola, ideo omnia colloquia ad amussim, honestatis & pudicitiae confirmavit. Unde ratissime certe, vel prope dixerim nunquam, otiosa, obscena, scurrilia, & suo tum sexui, tum fortuna & Maieitati vel tantillum derogantia, ex ore eius prodire verba. Imo quod non nescius loquor, non proferenda solummodo eiusmodi abhorruit vehementer, sed vel ad audita quoque tota inhorruit. Verecunda itaque Lingua verecundis auribus, quae duo totidem Smaragdis & Margaritis generosas & illustres feminas splendidius exornant, velut Sol inter ignes minores: sic ipsa inter reliquas Heroinas fulsit & micuit. Placet ergo & iure optimo licet castitate eiusdem secum, non sine fato, nominis Susanna, pudicitia Rebecca, & Sara, fide ergo maritum Penelope vel Michali equiparare. Quis iam non doleat tam clarum tamque praeclarum castitatis exemplar, pestilenti mortis halitu extinctum? Quis suspiria imò occultabit pectore? Quis à lachrymis sibi temperabit, conspecto, quod tantus virtutum comulus, tricubitali paulo minus urna sit conclusus? Ecquis denique mirari designat caelos sydus à terris mutuari? Sydus namque certe erat Soli, Sydus quoque facta poli. In Catalogo virtutum Heroicarum, regalesque Personas, plus quam insignia regalia condecorantium, non ultimam sibi vendicat laudem comitas & affabilitas. Par enim est & aequum, ut quanto quem vel quam alius fortuna erexit, tanto se aliis praebeat faciliorem & affabiliorem. At quanto id equius est, tanto est factum difficilius. Secundis namque rebus non efferri, non minor est virtus, quam adversis non frangi. Siquidem honores, ut aiunt, mutant mores, sed raro in meliores. Verum si instructum hoc virtutum promptuarium introspexerimus, paulo secius rem comperiemus. Honoris enim & dignitatis accessione, tantum abest ut se ani-

mo ex-

mo extulerit, aliosque alto supercilio despexerit ut longè infra sortem suam, non sine etiam Maiestatis lusione se se demiserit, & debitos quibuslibet honores exhibuerit: Non ignara scilicet eandem fortuna alumnos & histriones manere sati injuriam, qui in Scena Personam Agamemnonis aut priami gerunt, & simul ac fabula peracta est ad habitum & sortem veterem redeunt. Sic choragus ille Coelestis Deus, in hoc orbis theatro, ornamenta & quasi larvam dignitatis Principibus imposuit, at ea brevis est felicitas & cito ruitura. Illud quoque non ignorans, quod in sublimi humanarum dignitatum Solio residentes, gravioribus sint periculis obnoxii: non secus atque arbores proceriores, & in editiori montis loco sita, vehementioribus tempestatum turbinibus sunt exposita, unde eleganter Horatius.

Sæpius ventis agitur ingens

Pinus, & cellæ graviore casu

Decidunt turres, feriuntque summos

Fulgura montes.

Hec inquam probe omnia perpendens, ob honores minimè insolentiorum, quin imò longè humaniorum erga omnes praebeuit, fastum omnem proculire iussit. Supplicibus & ad personam Maiestatem tremantibus, non modo terrorem & tremorem asperitate sua, non in cussit, sed eos potius sereno & favore pleno aspectu erexit & animavit, neque nisi comiter acceptos, & multa clementiae suae spe plenos dimisit. Et talem quidem erga extraneos se gessit: Subditis vero, clientibus, famulis, pedisequis & familiaribus quibusvis non tam Dominam, quam Matrem exhibuit, nec tam metui, quam amari ab iis voluit. Et ut omnia paucis complectar, talem se praebeuit privatis, qualem ipsa erga se alios optasset privata. Invidis immortalitatis eius Nominis & impius in manes eius piissimos merito censeret, nisi summam eius liberalitatem inter reliquas eius laudes referrem. Quam cum penitus ego mecum confidero, fontem velut in medio sitientis agri, rivulos largiter effundentem, arcentiaque jugera perpetuis aquis humectantem intueri mihi videor. Fluvius enim benefica manus quem nos subleva-

levarunt egenum? Huius misericordia rivuli, in quos non fame sitig; semi erectos derivati sunt? Huius deniq; beneficentia scaturigines, quem non macie tabescentem inpinguarunt? Hæc certe cor erga Pauperes non Adamante durius, sed cerâ mollius in pectore gessit: hæc manus nunquam iusta petentibus complicit, hæc bonorum suorum venas non obstruxit: quin imò reciprocum imitata Oceanum, opes quæ hinc inde in suam arcâ, velut alveum, promum magis quam condum confluxerunt, vicissim Liberaliter erogavit. Sed ne ista, tanquam præco mercede conductus, sine testibus ebuccinare cupiam videar, quot quæso huius ope & operâ colapsa vetustate Tempora re edificata? quot ruinosæ & rimosæ resartæ? Quot Scholastici cætus auxilio eius necessaris vitæ adminiculis sustentati: Quot liberalium artium cultores in Academias exoticas magno ære promoti: Quot nudi amicti? Quot deniq; familie cibati? Tempora Scholæ. Xenodochia, Ptochotrophia viarum sepes & compita me tacente, plenis buccis loquuntur. Nullus avarus tam vesana auri cupidine stimulatus, quam hæc erogandi studio extata: Nullus eucio accumulandi æris amore tam pallens, quam hæc in distribuendo & tantum non prodigendo ære alacris. Liceat ergo bona vestra pace, Panegyricos illos claudiani huc transcribere.

Hæc non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes, sed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas,
Quippe velut denso currentia flumina nimbo
Cernere semper erat Populis undare penates,
Afsiduos intrare inopes, remeare beatos,
Præceps illa manus, fluvios superabat Ibero

Aurea dona vomens. An non igitur immortalis laude digna; an non perpetua memoria celebranda Heroïna tam benefica. Si Dominus laudavit iniquum dispensatorem, quod fecisset amicos ex Mam-

mona

mona in iusto, quanto ista laudabilior, quæ non ex alienis, non ex furti vis sed propriis & legitime congestis substantiis, sibi amicos & amicas conciliavit? Demosthenes interrogatus, quidnam mortales Deo faceret similiores? Benigne facere, respondit. An non ergo ob tot benigne facta, hanc inter Divas relatam putatis? Adesse igitur viduæ, accurrere pupilli flentes, & ostendentes tunicas & vestimenta, quæ Dorcas, quæ Tabitha ista fecit: atq; si non Rosis, si non liliis in signum gratitudinis, tepido saltem lachrymarum imbre bustum eius adsperseratis. Ex suspiciendis & ad stuporem usq; admirandis piæ huius defunctæ Principissæ dotibus, Prudentia quoq; se produci discipit: cerè in tantum valuit, ut ætatem & sexum suum longis passibus excessisse videatur: adeo ut discretione & administrationis dexteritate, haud multis etiam cordatissimis viris cesserit. Nec vero perspicax eius circumspèctio, & sagax provisio in solius Gynæcei vel rei familiaris moderatione terminavit: verum ad publica quoq; Regni negotia se extendit. Quoniam bella non tam armis & viribus, quam prudentia feliciter geruntur. Vis enim consilii expers mole ruit sua: propterea factum, ut absente Marito suo Principe bellicosissimo, & pro communi communis Patriæ libertate asserenda armis salvo cum hoste contèpente, tantum prudenti sua provisione ad Reip salutem promovendam attulit momenti, domi se sistens, quantum vel fortissimus quisq; Ducum, quod citra ullius iniuriam dixerim, militia degentium neq; prima belli acie dimicantium. Cuius insignia monumenta in recenti adhuc sunt memoria. Huic tantæ providentiæ & prudentiæ vis quoq; & robur animi non defuit, ut plurima eius non tam muliebria, quam virilia facinora id testatum reddunt. Fortuna quandoq; ut solet, non vercante, summa rerum periclitante, & omnibus rebus tanquam desperatis, extremum salutis remedium, fugam puta consulentibus, minime tamen panico terrore correpta animoq; consternata est. Et tantum absuit ut de turpi elap-

E 3

su &

su & de abiicienda hasta ut animos consularit, ut potius de conscribendo milite, deq; dissipando. Seditiosorum conatu masculine cogitarit, labentibusq; & ruina approximantibus rebus, ut mature succurreret summo nisu contenderit. Caudicem & stipitem cum esse necesse est, cuius ista fugiunt cognitionem. O praelara, o cedro digna facinora; Prudentia fortitudoq; animi tanto in ea porro fuit conspectior, quanto in commutandis verbis, in se resolvendo & expediendo, inq; animi sensa exprimendo fuit facundior. Eloquij certe nitore, lingua gratia, orationisq; gravitate, vel accuratis vernaculi Idiomatis Cultoribus Palmam facile praecepit. Quia verò minimè eam latuit, verbositatem foemineo sexui tanto esse dedecori, quanto silentium decori; Itaq; brevilloquentia in dicendo tam fuit studiosa, ut nihil honestati suae integrius putaret, quam plurima paucis iisq; perspicuis comprehendere verbis. Tanti tam itaq; linguae adhibuit moderationem, ut nec tacenda ulla proferret, nec proferenda taceret. Et ut in brevius me contraham, tantos in virtutum Heroicarum studio ac stadio fecerat progressus, ut Abigailem, Bethsabeam, Estheram tum prudentiā tum facundia, Iuditham vero & Deboraham, feminas in sacris pagellis celeberrimas fortitudine vel exaequavit, vel propè asecuta sit. Sed ne longum excrescat oratio, aut vestra in audiendo ledatur patientia, iam contractis paulatim velis ad portū properabo. Vereor enim, ne omnes eius virtutes, enumerādo, dolore & vulnus tam recens refricem, magisquā sanā, maiusq; defunctae desiderium in animis vestris excitē. Hoc unicum ad summam eius felicitatem, ad absolutam omnium virtutum perfectionem supererat, ut qua bene nata, feliciter in cursu vite versata fuit, pie quoq; & beatè emenso vite suae stadio, Spiritum Creatori suo redderet, cuius etiam cumulativissime compos facta est. Tanta enim patientia longi doloris tormenta pertulit, tanta alacritate carnis huius exuvias deposuit, tanta deniq; devotione Spiritum Christo commendavit, ut nullum impatientiae, nullum perturbationis, nullum deniq; desperationis indicium, per totum, quo morbi insolentia vexata est, tempus ediderit. In media autem Mortis ipsius agonia, tantum abest ut redire in vitam hanc terrenam optarit, pedemq; ab ostio sepulchri quasi

terri-

territa retraxerit, ut potius veluti Nauta tumidis in alto pelago fluctibus multum diuq; iactati: ubi primo terram in propinquo conspiciunt, Celestina insignum laticia tollunt, ostantesq; portum petunt: Sic ipsa diuturnis morbi cruciatibus conflictata, postquam aeternae illius vitae & perrennis gloriae portum appetere conspexit, lato animi applausu & velut ambarum ulnarum remigio ad eum appellere gestiit, de quibus novissima eius, verba aureis characteribus consignanda, omnibus pie mori cupientibus ad imitandū proponenda, luculentissimum perhibent testimonium. Atq; per hanc tam salutaria media, tanquam per tabulas concussae navis & huius vite Naufragio ad portum aeternitatis trajecit. Quis itaq; iam amplius fœdere vultus lachrymis, quis immodicis ululatibus aëra complere pergat, nisi felicitatis huius pie defunctae invidus? Te ergo Princeps Sereniss. Marite maestissime, alteraq; anima tua parte viduate, humiliter compello: Etsi disunctione tam felicitis conjugij tanto mihi videaris factus infelicior, quanto olim conjunctione eiusdem fuisti fortunatior, suspendere tamen fletum sistereq; lachrymas, si me clementer audire dignaris, & si ullus in tanto mœrore solatii relictus est locus, jubeo. & suadeo. Te quoq; feminarum tristissima turba alloquor, & quæremoniis lamentationibusq; modum tandem a vobis adhiberi contendo. Non enim, quam despectis perit, sed ex hac lachrymarum valle in aeterna gaudia, inq; sinum Abrahae praeit, Non est quam lagetis mortua, sed somno placido sopita. Non vivere pro quā pectora tunditis, desit, sed novam vitam vivere coepit, & abiecta mortalitatis sarcinā stolam immortalitatis induit. Erapta quidem solo, at recepta polo est. Translata est & vivere isthic coepit, ubi nunquam desinet, clarere, ubi nulla umbra serenitatem turbabit. Vivit, vivit ibi anima, hic gloria Surge itaq; corpus Mausoleo dignissimū, surge sacrum Pietatis exemplum, surge nitidum castitatis speculū, surge HEROINARVM decus & ornamentum, surge omnium virtutum Pelagus profundissimum, & transi in locum quietis tuae,

intra

intra in Cubiculum tuum & respira illic à laboribus tuis, donec tandem iussu supremi iudicis ad clamorem Archangeli rupta tellure in auras prodiens, jucundissimam tuam animam in artus tuos recipias, nec ultra dissolutionem tui metuas. Extremum itaq; iam nostrum accipe vale, Susanna Carolina, indiges cœli beatissima, & quæ pia in his terris audisti Regina, æternum cum Christo in Cœlis Regna. Per orante sic Dn. Gheleino, prodiit in medium vir neq; à Musis neq; à charitibus ab horrens. Dn. Benedictus Bihori, Scholæ Claudiopolitana orthodoxæ Rector, qui eleganti carmine Heroico laudes Heroïna, concipiens, pullatus, & oculos paulum tellure moratus, Sic orsus est:

PLVRima se nobis irati flagra Tonantis
Ostendunt, eheu, patrios vastantia fines,
Instar cuncta solent, subita quæ sternere flammæ,
Acceptæ superis diûs corrumpitur annon
Religionis honos? toto truculentus in orbe
Nonne furit Mavors? Vulcanum ad tecta volasse,
Ac vastasse domos, annon vicinia sensit?
Illinc Thisiphone furit & contagia spargit
Pestifera in tristes hominum pecudumvè catervas:
Parte alia, malesuada fames se se exerit, ardent
Omnia nos circum, miscet Cælumq; Solumq;
Eheu! quis referat divini cuncta furoris
Symbola, constantè nostros testantia nexos?
Hæc inter moveat, quem non at ad usq; medullas
Hi Patriæ casus, vel mors indigna potentum,

Mors

Mors subita Heroum, quos sane Numinis ardor,
Et pietatis amor, plures servasse per annos
Deberet, pia gens quorum se subderet umbris?
Scilicet hæc nobis deerat iam causa dolorum
Electam aut raperent ignara parcere parca,
Reginam, madidis quam nunc deflemus ocellis!
Ergo omnes proceres, pullatos sumite cultus
Mœstis mœsta simul jam tundite pectora palmis,
Pulvere fœdantes capita est nam causa doloris.
O dulces oculi, Phœbum qui cernitis alnum,
Spargite rore sinus & fletibus ora rigate,
Ecquis erit siquidem super hoc qui funere claro,
Castiget gemitus, siccum simulans moderamen
Lugendiq; modos? age tu mihi præcipe cantus
Lugubres Princeps Musarum, ut omine divo
Digna fleam, & matrem votivo carmine manes.
Tolle elegos; elegi plebei nania lethi:
Illustres animæ illustri sunt carmine dignæ.
Quamquam ego non par his, aut vix miserabile carmen
Discordes numeros, deductos dicere versus
Inchoo præ gemitu, & præ luctu finio, ut ipsos
Heroos adigar gressu tentare tenores.
Rex electe mihi, cuius celeberrima toto
Orbe nitet Virtus, quem laurea fert a gerentem
Victoremq; tulit tellus Alemannica nuper,

F

Quæ-

Quasô benignus ades, tenui pertexere filo
 Coniugis erepta laudes dum tristis anhelô:
 Magnanimi proceres, plebs inclÿta Martis alumni,
 Vos etiam Mystæ cœlestia iussâ docentes
 Facundo eloquio, studiis animisq; favete.

Non vero à primis proavis atavisq; vetustis
 Incipiam repetens, magnarum exordia laudum:
 Sed propria magis, magis observantia nostris
 Sensibus aggrediar, quæ sunt & mentis amica.
 Illa iacet, cuius laudes qui dicere tentet,
 Illiadem texat, complecti si tamen omnes
 Illias ulla queat! Sanctæ penetralia mentis
 Huius ego celebrem? quis eâ servantior aequi?
 Hancne odium, vel amor, vel gratia flectere quisset
 Cederet à veri pietatis amore vel hilum?
 Quid referam quanta fuerit probitate pudica?
 Quos tribuit cultus tibi maxime Christe frequentes?
 Ah quoties summi spargentes verba Monarchæ
 Audit assidue, memorique audita notavit
 Pectore! legitimo carnis Christi atq; cruoris
 Symbola sæpè usu sumpsit. Te Trina potestas
 Est sanctè venerata, Deumq; in vota vocavit,
 Surgeret Eoo rutilis frèvè axe quadrigis,
 Hesperio Titan, seu mergeret equore currus
 Hac in parte parum Hebræâ de gente virago

Creta Susanna tibi, (cuius quoq; nomine gaudet)
 Nec sine re, cessit. Te nam pietatis amantem,
 Cultricemq; Dei sacra docuere pagellæ
 Quæis Heroinas inter, velut emicat, astrum.
 Hanc probitate etiam generosi pectoris Esther
 Ereptam è viris Dominam, sermone diserto
 Moribus aut certis, humili vel pectoris usu
 Vix tenui mitis mitem, superaverat ungve.

Graia Helenam laudet facundia. munere formæ,
 Divitiis, proavis, alias, si moribus aequis
 Indigeant, sanâ careant aut Relligione,
 Defunctæ tenuis laudum, non umbra merentur
 Dicier; hanc etenim non tantum corporis ornant
 Dotes, quantum animi, simul integritasq; fidesq;
 Omnis in hoc fuerat prudentia corpore solers,
 Omnis amor gravitas, & lethi nescia virtus.
 Egregias formæ dotes perpende, videbis
 In facie violas, & lilia candida rubris
 Mixta rosis, priscum nec dum posuisse nitorem.
 Magnanimus coniunx cuius dilectus ab igne
 Syncero, contra à celsò est dilectæ marito.
 Non fuit Alceste studiosior ipsa Mariti,
 Cuius amore necis poculum gustavit amara,
 Nec quæ Coniugii servavit jura fidemq;
 Per nemora & sylvas charum sectata Maritum:

Coniugis extingui cineres, quæ hauſſiſſe refertur,
 Non hanc officiis vicit vel amore fideli.
 Sanguine Sysiphio cretum, non Icaris ipsa
 Absentem tanto observabit amore fideq;
 Absentis quanto hæc flagravît amore Mariti.

Eia agite Auctorum relegamus scripta priorum,
 Num sit in antiquis exempla per omnia, chartis
 Coniugii tam rara fides, syncerus amorq;?
 Huius Pelignus caneret si encomia Vates,
 Prima foret castas Heroidas inter habenda.
 At mihi nunc qualem te REX Electe videndum
 Coniugis ob tantæ nobis cita funera præbes!
 O Patriæ Princeps! quantum mutatus ab illo,
 Ante aliquot menses, quem Pannonis ora referre
 Victrices vidit Laurus, tua subiuga postquam
 Misisses hostes, elata fronte tumentes!
 Tunc Equitum rutilam, claram peditumq; cohortem
 Nube quadrigarum septam, spoliisq; superbam
 Cælo ostentabas! lugubri veste Dinastas,
 Nunc Equites, peditesq; vides adstare, colore
 Ipse atro tectus! nulli sincera voluptas
 Unquam adeo concessa fuit, fors transit in horas
 Acriter humanis novitq; illudere rebus!
 Cur solito apparet Princeps nunc tristior? heu
 Qualis cum socia viduatus compare turtur

Aren-

Arenti residet ramo super, ilicis altæ,
 Nil viridi gaudet sylva, nil gramine lato,
 Nec gelida rapidi letatur fluminis unda,
 Sed gemitu amissos tristis testatur amores:
 Electus talis REX. Aut caput equore tollit,
 Vespere declivis cum fluctus intrat feros
 Phæbus, perq; diem totum noctesq; profundas
 Perfundit mæstus lacrymis stillantibus ora.

Sed repetamus iter: tenero Dominamq; canamus
 Quantulacumq; modo, fundentes carmina, merget
 Nam prius, (hoc humili quam consequar omnia versu)
 Cornipedes pelago fessos, Hyperione natus.
 Nunc perpende piam, placido sub pectore mentem.
 Erepta Domina: quam multos fovit egenos!
 Ah quoties heu, heu, aliquis de paupere turba
 Ingeminabit, ubi est Mater? quâ sospite nunquam
 Esurii gravius, nunquam sine vestibulis alfi:
 O Mater jam non Mater, quis casus ademit
 Te nobis? quodnam præsepe subimus egeni?
 Quenam certa adeo vivaria querimus? ecquis
 Esuriem totius redivivam in corpore nostro
 Extinctam reddet? proh felix Mater an audis?
 Pupilli, viduæq; tui præsepis alumni
 Hæc querimur, seros o digna videre nepotes,
 Et Pylios æquare dies, & flore senili

F 3

Fato

Fato præscriptas ævi transcendere metas.

Quam multos aluit, sancti qui dogmata verbi
Fontibus è puris haurirent ritè popello,
Et doctas, quibus est opus artes, discere, possent
Ut quondam prodesse Scholis Templisq; docendo.
Nec desint ullo custodes tempore Verbi
Divini, vigeantq; bonæ feliciter artes.
Sed non hanc pietas fatis eximit iniquis,
Nec Virtus animi, nec frons decorata rubore
Ingenuo, castis nec lingua pudica loquelis.
Venerat in fausto, decimam post altera Maij
Lux, ortu, Mensæ suetæ, dum tempore Cœnæ
Accumbit, sentitq; acres in corpore motus:
Matronæ adstanti, tum, quæ gravitate senili
Vincebat reliquas, placido sic ore locuta est:
Te chara, expecto Vitam ad sine fine carentem,
Te Comitem esse volo. Tibi jam Christe ultima reddo
Corporis exuvias spiramina libera vita.
Tu fugientem animam vigili Pater excipe dextra,
Inq; tuas commendo manus, nos, nostraq;: tu me
Suscipe, sydereaq; in sede repone piorum.
Dixerat. Ecce autem, subito præcordia languent,
Membra stupent, oculis nox circumfunditur atra,
Accurrunt Medici, dulcisq; ante omnia coniunx,
Mollibus & stratis languentia membra reclinant,

Nec

Nec medicas adhiberi manus fomenta q; cessant.
Abdiderat Domina lethum ne triste videret
Occiduo rutilus se se sub cardine Phœbus,
Tristior obducens nitidos caligine vultus:
Prima propinquabat mediæ post tempora noctis
Hora, Patrona leves spondâ dum carpere somnos
Creditur; at Cœlis anima exhalata recepta est.
Non secus, ac infans maternis fatus in ulnis,
Lumina, cum sentit somnos obrepere, claudit
Suaviter, & collum cunis imbelles reponit.

Sed quæ tum lachrymæ, gemitus, suspiria, luctus,
Qui planctus fuerint, verbis quis dicere possit?
Hanc Procerum pullata cohors, Aulaq; Ministri,
Grandæviq; dolent Patres, cum plebe Sacerdos:
Nempe suam civis Matrem, Musaq; Patronam
Ingeminant, bustoq; sonant gens orba querelas.
Inprimis Electæ doles Rex, questibus implens.
Aera, cum Thalami careas Consorte fideli.
Pone modum lachrymis, magnos & vince dolores:
Quippe tibi sociam Deus Optimus hanc dedit ævi,
Quam rursus repetit! cur acceptam ergo molestum est
Reddere? nemo queat cum jure, accepta negare
Adde quod è miseris ruituri sordibus ævi.
Consortem ereptam, meliori sede locavit, beavit.
Dicere plus nequeo, mæror cantum impedit ingens

Aegraq;

Aequis; vox imis cantanti faucibus haeret,
 Nec possum, volui, quem versu attingere finem.
 At tu sancta anima, & virtutum feruida cultu,
 Magni gens electa Iovis, benedicta propago
 Coelicolum suscepta choro; caelestia carpe
 Gaudia in ex haustis nunc tandem erepta periculis:
 Ac vel divino sanctas Heroidas inter
 Colloquio fruieris, seu per Coeli aurea prata
 Non marcescenti nectis tibi flore coronam,
 Aeternum sine fine Deum aut grato ore celebras:
 Hasce breves lachrymas, properatum hoc suscipe carmen.

Finientem, ne etiam latinarum

literarum expertes, sine singultibus & gravissimis cordium
 suspiriis deductionem ingrederentur, expedita oratione, na-
 trivo idiomate concepta, subsequutus est, omnibus humanita-
 tis studiis ex pari instructus, D. Georgius Carolinus, Illustris Comi-
 tis Stephani Bethlen junioris Praeceptor & Ephorus, qui genas la-
 chrymis madens, haesitabundus quasi praemore, in medium pro-
 cecidit, & lachrymis leviter absterxis, oculis autem in Principem
 Serenissimum paululum e terrâ, sublati, sic initium
 dicendi fecit:

IG A Z keresztyeni Felséggel tündöklő, meltan
 keresztyeni nevet viselő, mostan pedig, szű bag-
 gyazto, élet rövidítő, keserűséggel meg keserítetett Fel-
 seges Fejedelem: Tekintetes, Nagyságos, nevezetes nem-
 zetes

zetes, tiszteletes Vrak, Vr Aszszonyok, meltan vitezlő ne-
 vel ditsekedő vitezlő rendek, minden rendek, mindnyajan
 kik ide, az mi szentől es Istenesen élt, ez világból bodogul
 ki mult kegyelmes Fejedelem Aszszonyunknak hideg tete
 ménnek, más nyugodalomnak helyere, mellyet régen ké-
 van el késerésere, egyben gyűltetek: nem tudom, nem tu-
 dom; sirjaké, avagy szollyak mostan ti előttetek, mert mind
 az ket felől felette igen szorongattatom. Sirhatnek bizo-
 nyara, főlette igen meltan sirhatnek ezen, hogy imé az az
 Isten Anya: szent-egyházának oly kegyes Daykaja es édes
 Annja fekszik mostan mi előttünk, ez fekete koporsóban
 halva; az minemű ezen kívül itt az mi Országunkban,
 mi ertünkre nem volt, bizony nem volt, Isten meg adhat-
 tyá, de netalam némis leszen. Szolhatnek penigh, igaz
 eleget szolhatnek, ennek az Istenben csendesen el nyu-
 got, K. Aszszonyunknak, ez igaz Sufannának es tiszta Li-
 lium szálnak, az ő dicsiretes, es minden jótul követésre
 melto szent életeről, igaz es elő hűtiről, hűtinek draga
 gyümölcsiről, jo cselekedetiről, minden dicsiretre melto
 bölts okos maga viseleséről, igaz keresztyenfegeről, ez vi-
 lágból boldog es csendes ki mulafarol, ha szaz nyelvem
 volna-is (mondom) igaz eleget szolhatnek. De hogy en-
 nek, az mi Istenben ki mult kegyes Aszszonyunknak, hi-
 deg tetemet attul az uttul, az melyre indulando, fokaigh
 meg ne tartoztassam; Im sirasomat tartoztatom, es egy
 szoval csak azt mondom meg, micsodas-ut legyen az, az
 melyre ez Siralomnak, bunak, banatnak, nyavalyaknak,
 es sok fele keserűsegeknek meljseges örvenyeből ki mene-
 kedet, es meg bodogult F. Aszszonyunk, indult: Es hova
 megyen azon? Nem keves panaszkodással mondgya
 G az bölts

Syrach. az bölcs Syrach: *O Mors quam amara est memoria tua!* Ohalál ki keferű az te emlékezeted! de bizonyára enis nem kissébb ohaytással mondhatom, ezt az hivek elöt: *O Mors quam amarissima est presentia tua!* Ohalal mely igen keferves es szomorú az te jelen leted! Mert míg az te jelen letedet nem latok, s-nem erzök, addigh mindenek vigadnak es örvendeznek vala, amaz szép öltözetek mind firfiakon mind Asszonyiallatokon tfillagzonak, ragyagnak vala, amaz szű baggyaszto, test fonnyaszto, élet ronto, szomorúsagnak elűző eszköze az Dob Trombita, harfognak vala. minden-fele vigaság szerző szerzámok zengnek es pengnek vala, ugy annyira hogj mayd csak azt nem mond *Mat. 17.* hattjuk vala à sz. Peterrel egyetemben: *Domine bonum est nobis hic habitare:* Vram, jo minckűnk it laknunk csinalljuk it Satorokat. De imè az te jelen leted mit mivele ő halál? Az ekesé harfogo Dob, Trombita meg fiktetted: à Sep há gitfalo Berzámok meg búnének, az öröm es szép vigaság siralomra fordula, à szép ragjago, rúndókló öltözetek, szomorú, sötet es fekete gyaz ruhakka valtozanak, ugy annyira hogj mindé rendek vigaságokat el feleltvé kefervesen sirnak. Mind ezeket penig à te jelen létet hozta mi-nekűnk ő te fekete halál! ki sokaknak életnek Istapjat, az Isten Anjasz. egyházának egyjetlen egj hű Daykáját, à mi Istentől adatarot keresztjé Fejedelműnknek mint egyszeme vilagat, mindé szomorúságnak banatinak egyjetlen egy enyhítőjet, vigasztalójat, imè fekete gyazban öltöztetted, siralmas koporsóban rekeztetted, es oly utra indítottad, az melyről immar többé soha mi hozzánk viszza né tēr. De mitoda ut lehet az? oly ut az. à mellyen az ő gyenge szép színe meg rut ult, à mellyen az ő kegyesen es könyörűltesen néző szép ket szeme vilaga meg sötetűlt, es az ő draga szép vigasztalo szokkal bálesen es ekesé foljo njelve meg állot.

Ez vi-

Ez vigasztalas maradot fen minckűnk, hogj nē csak egjedűl nyomja ő azt az utat, hanem Adám Atyanktul fogva minden idvezűlt szentek, Prophetak, Patriarchak, sz. Atyák, ugyan azon uton mentenek el előtte, valakik az örök életbe be mentenek. es ő-is mostá követte azokat. Ez felől az ut felől, amaz Istennek kedve szerent való nagj sz. ember, à David Kiraly es Prophetak, mikor ő ugyan erre az utra készitene ő magát azt mondgya: *Ego abeo per viā universa terra.* Im en el megjek ugymond, az egész földnek, avagj az egész földön lakozo embereknek utan: melj módával azt jelen ti, hogj ez az ut, oly ut, az meljet minden è földön lakozo embereknek meg kel nyomni, nincsen senki, az ki ezt az utat el kerülhesse, mert ki mondatot mindeneknek egyfzer à sententia: *Pulvis es & in pulverem reverteris:* Tor vagy es porra kel lenned. Innet mondgya az Iesus Syrach *Sicut unus est omnibus introitus ad vitam, sic & exitus similis* Az mikeppen hogj egy bē jövetelek vagyon mindeneknek ez testületben, azonképpen egy ki-menetelek-is ebből: Azert mert nem kerülheti eszt el, sem Kiraly, sem Czáfzár, sem Vr, sem szolga, sem Nemes, sem nemtelen, sem erős, sem erőtlen, sem kazdag, sem szegény, sem nagy, sem kicsin. Ertette ezt az Horatius Poeta-is, az ki azt mondotta! *Omnes una manet nox, & calcanda semel via lethi.* Mindeneknek meg kel egyfzer az halának utat nyomni. Ez Pogány ember leven, ezt az közönfeges utat, halálnak utának mondgya: igen igazán penig: Mert bizonyara halálnak útá mindé Pogányoknak, es igaz Isten ismerteti kívül valoknak, mert azok az örök halálra mennek rajta, hol az ő fergek soha meg né hal, es az őket égető kinzótűz soha meg né aluszik azt mondgya az Istennek szent fia:

Ioan. 5. 24. Idvőzítőnk penigh ezt azt utat, nem halálnak utának, hanem az örök életnek utának, es arra valo által menetelnek nevezi, de az hiveknek: Igen meltan penig bizonyára, mert mindnyajan ezen az uton kel be mennünk az örök élette, amaz mi Mennyei hazánkban az Mennjeknek dűcsősséges országában, amaz mondas szerent.

Transfvere Patres, & nos transibimus omnes,

Et Caelum Patriam, qui benè transit, habet.

Ezen mentenek által az mi Atyaink, mi-is által megyünk mindnyajan: es az Egh annak hazája az ki boldogul által megyen. Boldogul által mennek penig mind azok, valakik az Christus Iesusban igazan hisznek, es az ő beszédet Ioan. 5. 24 halgattyak, az mint ezt idvőzítőnk bizonyittya: Bizony bizony mondom ti-nektek, valaki az en beszédemet halgattya, es hiszen annak az ki engemet el bocsatot, örök élette leszen, es az karhozatra nem megyen, hanem által megyen az halalbol az életre. Nem egyeb ut azért ez, hanem az Christusnak tanítása szerent: Az halalbol az örök életre által menetele minden hiveknek. Az mely ut-nelkül az örök életre soha bé nem mehetünk azt mondgya Cypri. Doctor, mikor így szól: Mikor meg halunk akkot az halalbol az halhatatlanfagra megyünk által, mert az örök életben be nem mehetünk, ha innét ki nem megyünk. Annak-okaert ez, nem csak ki-menetel, hanem által menetel, es az kiket erre az utra bocsatunk, azokat el nem vésztyúk, hanem előttünk el ereszttyúk: mert azokat nem az halal nyeli bé, hanem az örök élet fogadgya bé. Mennel közelb az keresztyén ember az ő halálához, annal közelb az mējeknek országához, mennél közelb az ő életének végéhez, annal közelb az életnek öröméhez, annal közelb az Adambá el vésztet Paraditsomnak győnjörűsége-

géhez. Ez azért az ut az, az melyre mikoron indulunk, akkor minden ez vilaghi nyavalyaktul, nyomorúságoktul, minden szorgalmatosságtol, boszszuság szenvedéstől, feleletmől, rettegestől, bucsut vészünk es megh szabadulunk. Ez az ut az, a mellyen, minden butulbanattul, könnyhullastul egy szem pillantásban meg menekedünk. Ez az ut az, a mellyen minden faratságos munkainknak vége szakad. Ez az ut az, a mellyen az halalbol az életre fordulunk. Ez az ut az, a melyen a sz. Patriarchaknak gyülekezetiben be megyünk. Az minden hiveknek Attyához az Abrahához be köszönünk, a szenteknek sz. seregében be lépünk. Az igazaknak es az mennyei sz. Angyaloknak tarsaságában be jutunk. Az hol meg lattjuk nagy örömet az mi edes szűleinket, Atyánkat, Anyánkat, Atyánkfiat, rokonfaginkat, es mind azokat az kik mi előttünk, ezen uton az mennyeknek dicsősséges országában be mentenek. Ez az ut, a melyen az Christus Iesus által szereztetett dicsősséges országban, az mi mennyei es örökke valo, minden gyönyörűséggel tellyes hazánkban be juthatunk. Ki volna az, a ki ezen az uton el menni nem kívankoznek? az ki ebben az mennyei hazánkban menni nem igyekeznek? hogj hamar faggal ot az ő kedves emberit meg lathatná? Nem tudom ki lehetne. Mert abban az bodogságban, az bodog halhatatlanfagban, az mi kedves emberinknek, yayki nagy sokfaga var minket, Atyaink, Anyaink, Atyánkfiat, ismerőink, vaiki nagy aytatossággal akarnanak latni bennünket: Az kikkel szemben valo letelünk mely nagy örömet szerezzé, mind az ket felnek ember nyelvevel azt ki nem mondhattya. O mely nagy mennyei öröm vagyon ot! o mely nagy gyönyörűség, az halálnak felelmetől üres, es az örökke va-

le éllettel öszve kötötteret bodogság vagyon ott! Ott vagy az sz. Apostoloknak dúcsóseges serege: Ott vadnak az szivekben lelkekben örvendező Prophetaknak számok. Ott vagyon az sz. Martyromoknak szamlalhatatlan sokasága, mely az Vt Christustert való szenvedes után az üdvösséggel meg koronaztatott. Ott vadnak amaz örvendező szűzek. Ott vadnak az könyörülőrefeknek bodogh sereghei, az kik az ő alamisnalkodásokkal, szegényekkel való jó téteményekkel az ő igaz híreket az Christusban elni meg mutatnak. Az Istennek parancsokat tehetések szerent megh tartották, es ez földi évfendő jószágokat, azon az drága es örökké meg maradando mennyisi örökké csereltek el. Az mellyeknek dicsóseges es örvendező seregében, el hittem minden ketsegnélkül hogy is, ő Istenben boldogul ki mult Kegyelmes Ábizonjunk immar regen be mentel lelkedben: noha meg mi előttünk vagy testedben: Mert te igazan Istenfelő, igazság szerető, szegényeket raplaló, szent, jambor, józan életű Ászszony-allat valal? Az Isten Anyaszent-egyházának kegyes Daykaja, Az njomorultakon könyörülő, Az Istennek szent idvőzítő igéjének szeretője; es annak nem csak füllel halgatoja, hanem meg tanuloja es szűbeli követője valal. Az te aytod az szegények előtt be nem zarlatot, az te orcsad az igye fogyottak előtt el nem reytetet es az te hozzád könyörgők előtt el nem fordult, az te kentfed az Istennek tiszteletire szolgáló dolgokra, mint az bő forras mindenkor úgy folyt ki. Bizonság erre egez Erdely es Magyar ország. Bizonság erre Erdelynek s Magyar Orszagnak Scholajában tanulo iffiuság, mind az két Orszagnak Prædikatori, kik közzül sokan mostan is meg keseredet szível, es könyvező szem-

mel

mel nézik a te holt testednek szomorú koporfojat. Bizonságot teszen tovább mind ezekről; az mostani ide gyülekezet sokaság, es siralmas verseket es énekeket éneklő iffiuság. Bizonságok erre az tennen magad szomorú Alumnusis, mind az kik fekete gyaz ruhában most előtted sirnak, mind az kik egyebet az Isten Anyaszent-egyházában szolgálnak, Az kiktől ez vilaghi penzedet, kencsedet soha nem szántad, hanem megszűre idegen Országokban nagy drága költséggel őket az Istennek idvőzítő tudományara taníttad, es minden ügyekezeteddel tellyes életedben azon voltal, hogy ez vilaghi el mulando, el veszendő, tőled el maradando kencset, gazdagfagot, az Menyországban örökké meg maradando kencsen gazdagságán csereld el, mellyet bizonyára meg is nyertél. El hittem azért minden ketsegnélkül, hogy immar az Christus Iesustul te-neked megh szereztetett, Mennyeeknek dúcsóseges Országában, az örökké való nyugalomban be mentel lelkedben, es ott az te szerelmes magzatidat az kiket előtted el bocsattál volt, megh lattad. Meg lattad az te szerelmes szűleidet, Atyadat, Anyadat, f-ked ves emberidet, megh lattad Atyadfiat, ismerőidet, es őket nagy örömmel kötőztötted, es veleket egyetemben immar ott vigadosz es örvendesz lelkedben. Te immar örűlsz vigadosz, mi peniglen szomorkodunk es sirunk. Te az halhatatlanságnak drága szép fehér ruhában, fel öltöztetted; mi penigh fekete gyaz ruhában öltöztünk. Mi immar teged, ide az nyavalyáknak, nyomorúságoknak siralmas völgyete nem varunk: de te varsz minket oda az lelki es örökké meg maradando nyugalomnak helyere.

Nyu-

Nyugodgyal azért te, oh mi K. Aszfzonyunknak idvözült lelke, az mennyeknek örvendező seregi közöt es vigadgy: Induly el te-is, oh mi idvözült k. Aszfzonyunknak hideg teteme, holt teste, az földi nyugodalmodnak helye fele. Engedgye az Isten, az kit te eleredben igazan tiszteltél. Hogy az mi meg keseredet szivü lelkü keresztyen Fejedelmünk, ezzel az te raytad kesergő sokasággal egyetemben, regedet az te földi nyugodalmodban csendeszen be takaríthasson: es tegedet jövendőben az mennyeknek dicsőséges országában megh lathasson, es veled egyetemben mind örökre vigadhasson. Vegezetre, te hires neves Colosvar varasa, itt való tisztelendő Biro: Tiszteletes tanats lo törvény tudással. Indókló Birak Polgarok, also, felső közepek, rendek, férfiak, Aszfzonyállatok, nagyok es kicsinek, kik ezt az mi Istenben bodogul ki mult k. Aszfzonyunkat, mind egészegeben, mind beteglegeben jo szível minden időbē lattatok, hűséges engedelmessegeteket hozza mind vegig meg tartottatok, es imē az ő utolsó tisztelegekoron-is jelen vattok, ti kegyelmetektől minden rendektől az ő hozza való hűsegeteket, jo akaratotokat jo neven vőtte, ő utolsó oráján-is megh köszönte, mostan mi általunk-is köszöni: Es kér azon minden rendeket, hogy ha vagy tiszti szerent, avagy egyeb maga vifelefevel valakit megh bantot volna, néki mindenek megh bocsássa. Immar ő az ő csendes nyugodalman indul, tölletek mostan vegg bocsut veszen, es ti hozzatok mind feienkent veggő bocsuzo szava ez leízen: Kedves szolgaim halljátok, Hívek hozzám kik voltatok, en töllem már el váltatok, Isten legyen mind hozzatok,

Hac

Hac Absoluta oratione, funus efferri coepit
est. Antecedebant impedimenta, carpenta, currus, equi tam phaleris exculi, quam oneribus aggravati. Possessores ante portam Urbis, cum famulatio opperiebantur. Equites pullatis signis miscellaneam multitudinem, maesti, turmatim subsecuti sunt, quos longus puerorum, Adolescentulorum, Ecclesiarumq. ordo, patrio cantillans ritu, sequebatur. Ecclesiasticos, amplissimus Reip. Colusvariensis Senatus excipiebat, quem Comes Stephanus Bethlen, cum duobus Bethleniis Stephano & Petro, Filiis charissimis, Gabriel Mogilla hares Moldavia & Valachia Transalpina: Ioannes Georgius Marchio Brandenburgensis vonzagendorff. Henrichus Matthaeus Graph de Turre, Andreas Georgius L. B. in Hophkirch, Zacharias Starcerus, aliq. Proceres magno loco nati clauderant. Post hos ibat, Magister Curiae, Mag. Stephanus Nyari de Bedegh, Supremus Arcis & presidii Kalloviensis Capitaneus, quem Serenissimus Princeps, cum universa Comitum, Baronum, Magnatum, Procerum, Optimatum, Nobilium, Civitancorumq. Legatorum manu, lugubri amictus veste, omnium ora vultusq. in se convertens, detecto ut moris est capite, pedes, multa animo movens, multa gemens, sequebatur, post hunc funus Heroine à proceribus Senatorij ordinis epirrhedis humeros fulcientibus, praecedente Generoso Ioanne Caspate Aula Magistro, portabatur. Deinde Pheretrum Heroine Carpentis insinuatum, quod sex equi scutulati, holoserico obvelati nigro & Passim Principalibus resperfi insignibus, vehebant, sensim procedebat. Quod lectissimus Matronarum numerus, & pullata eiularium virginum caterva, excipiens. Genetricem Patria, pauperum presidium, modo Ecclesiae Dei Nutricem, Orphanorum viduarumq. Protectricem, pudicitiae matronalis specimen, humilitatis exemplar, sanctimonia effigiem, amissam esse, acerbissimo vociferabantur

H

bantur fluit. Processum geminato utrinque peditum ordine, Andreas Gereb Pratoriana Legionis Praefectus, claudibat. Egre-
dientem portam Principem, honorarij Aula Adolescentes, cum Equi-
tibus prosapia Nobilioris, oculis in terram defixis maesti excepe-
runt. Funus verò, cum ad secundum ab Urbe lapidem, solenni
hac elatum fuisset processione, Optimatibus quibusvis ad proprios
digressis currus, plurimis Carpentis rhedisque comitatum, Thor-
dam, quod Opidum à Colostaro XII millibus passuum, abest,
hora IV pomeridiana appulit, & sub viridario, in testimonium
gratitudinis ab Oppidanis, idoneo in loco, erecto, ob imminuentem
depositum est vesperam. Sequenti die, frequentissimo omnium or-
dinum habito concursu, funebrem circa horam VI matutinam,
sermonem habuit, Clarissimus D. Stephanus Desi, Ecclesiae De-
vensis concionator, ex praclaro illo Syrachii apophthegmate: O
Mors quam acerba est tui memoria, homini utenti pace
infacultatibus suis. Deinde, dimissa concione, & praeiterita
observata diei deductione, celeberrima pompa, ad Pontem usque,
supra fluvium Aranyas stratum, qui secundo ab Opido lapide
abest, funus elatum est. Enyedinum verò, quod Opidum à Thor-
da XII pariter millibus passuum, remotum est, hora secunda po-
meridiana appellens, à Senatu, & Matronis obviam facto, ho-
norifice, cum ingentis doloris contestatione, susceptum, atque in castro,
sub viridario depositum fuit. Pheretrum ibidem, molestia iti-
neris leviter collisum, operam Artificum Stannariorum, celeriter
refectum est. Postero die in summam pariter Ordinum frequentia,
disertissimum instituit sermonem D. Andreas Gyöngyösinus ex ce-
ro. 27. leberimo Ne glorieris de die craftina quia nescis quid pari-
tura sit dies. Quo absoluto, vicissim pari incessu, qui superiori-
bus fuerat observatus diebus funus elatum est, atque Albam-Lu-
lam,

lam, quae ab Enyedino VIII circiter millibus passuum, distare de-
prehenditur, ferme primam pomeridiana, pervenit. Tum verò, om-
nis obviam ordo effusus, lugubri coloratus amictu ad Appulum *And Poly*
usque fluvium numero se se extendit agmine, pars praesentem
Principis fortunam tot laureatis maesti victoriis accusant: alij
Patrem Patria victorem, redire lectissimam fortunarum omnium
socia orbem, funestissimum censent: Pars Astrorum iniquita-
tem carpunt, nonnulli, & quorum melior sententia mentem agi-
tavit, voluntatem Dei agnoscunt immobilem. Solet enim Deus
secundas saepenumero res amaris miscere eventibus. Matronae
autem plurimis ingeminant singultibus, Genitricem Patriae redi-
re examinem, Praesidium afflictorum vehi sensibus destitutum,
feminarum decus in exiguo conclusum Pheretro portam ingredi:
atque paucis ante diebus bellicosarum nationum victricem, nunc
à morte victam acerbissimum esse arbitrantur. Ergo, Portam à
Sancto Michaeli cognominata, solenni illatum celebritate, in me-
dio curia, Principalis Aula, depositum est. Caterum cum Prin-
ceps & dilecti trium Nationum Proceres, vix sudore pulveri-
busque absterfis, atrati omnes, atra occupasset sub dio, subsellia
processit in medium Reverendissimus Dominus Ioannes Keserüi
Superintendens. Qui, primum, lugubrem, ex aureo Psalmo-
graphi vatis pronunciato; In memoria perpetua erit iu-
stus, instituens Concionem, singulari artificio in laudes Heroi-
na demum digressus, flumine eloquentiae disertissimo duris etiam
pectorebus lachrymas excussit. Cessantem, latina sub secutus est
Oratione, literis humanioribus insigniter excultus Dominus
Michael Balai, Gymnasii Albensis rector, in hanc
sententiam.

Oratio D. Michaelis Balai.

H 2

Quum

QVVM Publicum huius totius Regni tu-
 Etum considero, privatamq; omnium Ordinum ac
 sexuum maesticiam, lugubri quoq; declaratam habitu, intueor,
 Sereniss. ac Potentiss. Sacri Romani Imperij Transylvaniæq; Prin-
 cept. D. clementissime. Et qui frequenti satis concursu, ad iusta
 Serenissima Dn. Dnæ Susanna Carolij, ritè persolvenda gemen-
 tes comparuistis, Audit. spectatissimi, non possum non recordari
 Parænetici illius Senecæ dicti:

Nemo confidat nimium secundis,
 Nemo desperet meliora, lapsis,
 Miscet hæc illis prohibetq; Clotho
 Stare fortunam, rotat omne fatum.
 Nemo tam divos habuit faventes,
 Crastinum ut possit sibi polliceri,
 Res Deus, nostras celeri citatas

Turbine versat.

Vnde merito semper lachrymis genas suas irrigasse visus est
 mihi Heraclitus Philosophus, prospectans infelicem rerum huma-
 narum conditionem: Democritus autem ex adverso, suis omnes
 angulos implevisse cachinnis, stultam hominum, in rebus huma-
 nis, misera mutationi obnoxii, fundatam fiduciam animadver-
 tens. At in hoc communi omnium luctu, ipse quoq; non parùm
 consternatus, flebilisq; universorum Ordinum ac sexuum querelâ,
 ita exacerbatum sum, ut mea qualiscunq; vox, quæ testimonium
 debite observantia, erga tantam Patronam ac Nutricem Eccle-
 siarum Orthodoxarum gratiosissimam edere debebat, lachrymis
 penè absorbeatur. Sed quia sine nefario ingrati animi scelere, tace-
 re omnino non possum, reddam debita gratitudinis ac officii pigno-

ra,

ra, quantum quidem anxietas animi, meaq; balbutiens infantia,
 in ista præcipue temporis angustia, patiuntur. Cogitanti verò
 mihi, quæ nam materia huic temporis locoq; angustissimo conve-
 nientior esset, tandem post multam grandiorum ac exilium,
 summarum ac insimarum rerum, trutinam, se se obtulit, infelix
 humanarum rerum conditio, de quâ DEO suppetias benignè lar-
 gente, in præsentiarum pace vestra, modo placidas ac attentas
 præbeatis aures, laconicè duntaxat verbo facturus sum. De in-
 certa, infelici ac miserabili rerum humanarum conditione me
 dicturum promisi. Rem profecto egregiam, siquidem tanta mihi
 facultas suppeteret in suadendo, quanta ad Conditionem illam
 aspernandam, & cœlestis vitæ perpetuitatem expetendam, totoq;
 totius vitæ cursu persequendam, ipso iure requireretur. Ac licet,
 ingredienti, aut quippiam auspicanti considerandum erat, quid
 tentarem, quid molirer, & ut Poëta requirit, quid valerent hu-
 meri ferre: tamen, tantopere me vestra in audiendo alacritas, re-
 creat, ut omnem ea de re sollicitudinem facile abicere possim.
 Quid enim, prohi Deum immortalem! in eo beatum ac prosperum
 esse possit, quod ipsummet mera inconstantia, & ut cum Salomo-
 ne, omnium quos Sol aspicere potuit mortalium sapientissimo lo-
 quar, vanitate ipsa vanius est? Nunquid miseria & afflictio fe-
 licitatem aliquam in se continebit? Minime gentium Audit. neq;
 enim è squilla nascitur rosa, neq; de sentibus proveniunt uvæ.
 Quomodo verò res humana stabiles ac prosperæ esse possent, si &
 homo ipse, rerum suarum Dominus, levis umbra, pulvis, flos,
 gramen, putredo, & ut Solon pronunciavit, pas esti antropos
 symphora, omnis homo calamitas est? Non video. Vsq; adeò, ut me-
 rito Aristoteles, quid sit & quid possit humana conditio, elegan-
 ter descripserit in illa hominis descriptione: Homo (inquit,) est

Stobæus
 Ser. 96.

H 3.

stantie.

stantia imago, invidia calamitatisq; trutina, deniq; pituita & bilis. En miseram & nunquam satis deplorandam humanam sortem. Neq; enim potest, tam acerbum cogitari malum, tam grave dici verbum: tam grandis manibus palpari calamitas cuius intolerabilem non sustineat humana conditio molem. Intue-
re nunc ac perge ab infantia usq; ad postremum humanae aetatis terminum, & vide, an in rebus humanis sit aliquid stabile, beatum aut iucundum? Nullus est humanae vitae cursus, nullus status, nulla portio, qua non esset miseriae plena, imò qua in se immensas malorum Iliades, non complecteretur. Quando enim, pro dolor! in ipso statim vitae exordio prodimus in lucem? Ab utero Matris, ilicò in lachrymas solvitur infans, vitam à dolore & miseria auspicatur, cingitur undiq; molestiis, opem ploratu & vagitu aliorum implorat. Nunc inopia, nunc frigore, nunc aestu, aliisq; innumerabilibus premitur incommodis. Non fari, non incedere, non deniq; sibi novit auxiliari, so-
lam anxietatis suae vocem novit ingeminare, va, va, va. Unde nemo sane mentis hunc aetatis gradum, omnium animantium conditione miserabiliorem esse, inficias ibit. Nam alia, simul ac exclusa sunt repunt, & paucos post dies alarum remigio in altum tolluntur, alia simul ac in lucem edita sunt, pedum ministerio utuntur: // Solus homo, nudus, inermis nascitur, & longo temporis decursu ab alieno pendet subsidio: adeò ut non in merito S. Hugo: Cortex (inquit,) ambit arborem, penna regit volucrem, piscem squama operit, lana induit ovem, pilus iumenta & feras vestit, concha testitudinem excepit, ebur elephantem, ne iacula feriant, defendit, solus homo inermis nascitur & nudus: Hinc Parens Romana eloquentia M. T. Cicero propemodum lachrymabundus conqueritur, hominẽ à Natura non tam à Matre, quam Noverca edi in lucem, corpo-

corpore nudo, fragili, infirmo, multisq; morborum generibus obnoxio, animo autem in molestiis anxio, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines. O iniquam vitam humanam rationem! Floridam deinde, contemplare aetatem, quae mortalium suffragio, forma, agilitate, robore & rerum omnium exactissima dexteritate reliquos aetatem gradus antecellit, nihil tamen solidi, & quod mutationi minus esset obnoxium in ea reperies. Aetas siquidem illa, flos est, sed caducus, stat, sed ut ruina obnoxia, viribus pollet, sed ut mox in iisdem deficiat, formae elegantia fulget, sed vel una febricula, interveniente obscuratur, & cutis bene curvata colorata vertitur in corticem rugosum, secundum illud Senecæ: Florem decoris singuli carpunt dies. Conscende iam, tertium in ordine aetatis gradum, & intrinseco mentis acumine diligenter examina, an aetas etiam virilis suis careat navis & cruciatibus? habet hæc aetas curas graviores & sollicitudines de promovendo vitæ genere anxias, his succedunt Oeconomica & Politica munera, molestiarum plena, ingruunt iurgia, bella, damna, direptiones, rapinae, tot tantaq; adverse fortuna vicissitudines, ut si cum antecedentibus conferantur, priores illæ molestiae, pueriles duntaxat videri possunt phantasia, & ut vere dicam infantum terriculamenta. Prætermitto gradum aetatis ultimum, Senectutem illam morosam, quam Philosophi propter sexcenta morborum genera merito Vesperam appellarunt, video enim, in eâ, agminatim concurrere, quicquid in vita humana infirmum, quicquid fragile ac molestum unquam fuit, adeò, ut non abs re Solon, non nasci hominibus neq; Solis aspicere iubar, aut natum quam citissime interire, optimum esse censuit.

Quo respectu, & Thraces in lucem editos lacrymis, defunctos autem obsoniis & Symphoniâ prosequi consueverant, haud dubiè miseram huius feliciorum autem futura vita conditionem designantes. O flebile itaq; mortalium in hac vita sortem! O vanam instabilemq; felicitatem! Possem hic omnia vita ac officii genera, immensis æstuantia malis repetere, quæ nihilominus lubens omnia prætereo: venio ad illa, quæ priscorum etiam Philosophorum suffragio, calculo plausibilia & jucundiora visa sunt, adeoq; maxima ex parte, pro summo bono reputata sunt. Sunt enim, multi, qui divitiarum cæco capti amore, in iis etiam hodie, omnem felicitatem collocant: alij potentia excellunt, & in summo honoris ac dignitatis fastigio collocati, gaudent salutari, Cæsares, ac tanquam Numina venerari: sed, proh dolor! Hæc omnia ut sunt inconstantis fortuna spolia ac ludibria, ita etiam eiusdem vicissitudini subiacent! Facile enim Talenta Mida evanuerunt, facile M. Crassi opes eversa sunt, facillimè victoria omnes ac triumphus augustissimorum Imperatorum, in fumum abierunt. Adeo, nihil in rebus humanis stabile, nihil firmum, nihil perpetuo durabile esse deprehenditur! Sed quid amplius de mortalium instabili fato conqueror? quid in rerum humanarum vicissitudine enumeranda desudo? Etenim, si corpora cælestia, alioquin simplicissima ac perfectissima mutationi sunt obnoxia, ut aliquando in suo etiam naturali motu, sentiant vicissitudinem, quando magis res humana, non solum composita ex aliis simplicibus, verum etiam Lerna ac sentina omnium vitiorum profundissima erit lubrica ac instabilis? Pone enim ob oculos Solem & Lunam, deprehendes etiam in iis admirabiles mutationes: Solem stetisse, quandoq; retrò cecidisse sacrarum literarum monumenta testantur: tot Eclipses passim, omnes omnium seculorum historia narrant. Luna autem quid in rerum ordine mutabilius? quæ modo crescere modo

decre-

decrefcere ex communi mortalium opinione, visitur? unde Poëta: Non semper uno Luna rubens nitet vultu. Quid de Elementis, Igne, Aere, Aqua, & Terra, Principiis rerum compositarum aliud statuere licet, quam ut nihil in his etiam sincerum, nihil perfectè purum ac integrum invenias? Sapè enim Ignis Elementaris calorem suum propter aëris vicinitatem remittit: quandoq; eundè per antiperistasin contrarii frigoris nimium intendit. Aër autem quibus non est vitiatu exhalationibus? patitur impetûs nivis, grandinis, pluviarum, sustinet fulguris coruscationem, fulminis strepitum, ac aliorum Meteororum ignitorum, Aquarumq; molem immensam. Aquæ nunc concrefcunt, nunc in liquorem solvuntur priorem, modo frigore torpent, modo vere imminente, ad Favonij flatum tepidiores intra suos currunt alveos. Terra nunc humida nunc arida, nunc violis, graminibus ac frondibus arborum virentibus conspicua, mox iisdem orbata & nivibus obtecta conspicitur. Heus igitur ô homo, omnium rerum vicissitudo est. Sed neq; dissimulandum est, omnem pariter rerum humanarum gloriam, & si quæ est felicitatem, esse merum spectrum ac larvam, imò, Comædiam citò transeuntem. Ut enim in Scenis theatralibus, alij Regis, alij Ducis, alij Iudicis titulum sortiuntur, simul ac autem nox subsequitur, detractò Scenico habitu, neq; Regis, neq; Ducis, neq; Iudicis Persona amplius in precio est: Ita mortalium conditio, quantumvis splendida sit coram oculis hominum, puncto tamen temporis durat, mox verò succedente nocte, aut adversa fortuna, aut Morte pallida Regum, turres Pauperumq; tabernæ aquo pede pulsante, evanescit, in fumum abit. O Fallaces igitur mortalium spes! ô incerta vota! ô lubrica vite humana curricula! contemplare queso, Croesum Lydorum Regem summis opibus ac honoribus tam illustrem, ut humane fragilitatis amemor se ex omni beatum esse arbitraretur, & Solonem, (qui ante

ante obitum neminem beatū esse censebant, sanis exciperet: mox tamen fortuna everso splendore, captivus ad Cyrum ducitur: rogo apponitur, & sic tandem suo magno malo, sortis humanae instabilitatem agnoscere cogitur. Vulgare est, Quatuor Regum se sostris currum trahentium infortunium. Polycrati Samio quid acciderit omnibus fere notum est: qui vel maioris levioris in toto vitae suae cursu argumentum invenire non poterat, quamvis annulum pretiosum digito extractum in Mare proiecerit, ut duntaxat adversum fortuna vultu experiretur, nec tamen eo pacto expertus: tandem nihilominus fatalis supervenit terminus secundarum rerum, atq; in excelsō Micalensis montis vertice, ab Oriente Persa, in crucem actus est. At haec, nimis antiqua exoticaq; praetereo. Venio ad nostra interna, domesticaq; pericula. Quid quaso deploranda conditionis Pannonia, Parens omnium nostrum, ab omni parte beatum ac mutatione vacuum possidet? qua malorum genera, quas vicissitudinum Iliades, Optimates Regni nostri non experiuntur? Latius equidem opinor, hominum opinione discriminatedum est omne genus malorum: Nullus est ordo, nullus status, qui ingentibus mutationibus non esset obnoxius: nullus ordo, nullus status est, cui aut mali homines, aut domestici clanculari hostes, aut ad nimium implacabilis non insidiaretur mors tanto pere, ut etiamsi quis in reliquis vita gradibus, in ceteris corporis & animi bonis tam internis quam externis, opinione sua & aliorum sit felix, sit etiam beatus, tamen mortis tela non effugiet, quoniam vita hominum est acies anceps, stat ima, stat suprema parte adeo parata, ut antrosum retrorsumq; mortis telis sit obnoxia. Non jam in hac Mundi Senecta, inq; his decumanis Patria fluctibus, Rempub. nostram florere, non urbes latari, non privatas exultare domos conspiciamus, non jam auream illam pacem, Patrū nostrorum memoria agros frumentis, montes vineis, fructibusq; qui-

busq;

busvis, implentem, sperare possumus, cecidit siquidem, heu cecidit Serenissima Pannonia Patrona, Susanna Caroly exemplar pudicitiae & pietatis, castitatis matronalis specimen, omnium virtutum speculum, Nutrix Ecclesiarum, cuius immaturum fatum, luceant astra, deploret Patria, desceat Ecclesia, squalore indute Scholae gemant: Apollo cum Musis maestis execrentur elegis: Ipsi deniq; parietes ac tecta urbium Templorumq;, qua nuper hac vivente florebant & gestire conspiciebantur, maestitia doloreq; publicum contescuntur luctum: Nihil enim iam nobis super esse video, nisi fatali cruci cupressum tristem delegandam. O immaturi sati afflictam filiam Pannoniam! Haec ne sequitur te felicitas in hac arumosa vita? Sicne ponis fiduciam in rebus humanis? an non alterius vitae immortalis cupidine flagras? Sicne admiratione ob fata Principum contabescis? Desine mirari, desine lachrymis indulgere, sic enim currunt res humanae. At tu Domine Iehovah, quousq; tandem adversus nostros iratam exhibes dexteram? quousq; continuo mœrore, bellorum tempestate, pestilentiae virulenta grassatione nostram conficis Patriam? miserere nostri, miserere Ecclesiae, tot aliouin crucibus semper subiecta, conserva saluum & incolumem Serenissimum Principem nostrum, una cum reliquo procerum ordine: Consolare spiritu tuo sancto corda tristitia ac mœrore tabescentia, & pericula ob peccata nostra agminatim imminencia, clementer averte.

Sic finientem, carmine elegiaco laudes Heroina complexus, excepit Caspar Boithi, Ludi moderator Maros-Vasarhelienfis, qui cum in medium prodisset, ora hunc in modum resolvit:

Nuper Hiantais comitatus Apollo Camœnis, Elegia
Casparis
Boithi.
Castalias mœsto pectore liquit aquas.

I 2

Dein,

Dein, viridem pulso Laurum velatus amictu,
 Ter summi ferit limina clausa poli.
 Pandite cœlicolæ mox infit; pacifer audi.
 Cylleni, vitæ qui moderaris iter.
 Nam tenuis fragiles Morpheus egressus ad auras,
 Dacica lethæam, vexit in arva necem.
 Vexit in arva necem, morbos socia agmina jungens,
 Quos sequitur pestis, post malefuada fames.
 Nec tulit Hybleo Reginam nectare dignam,
 Quæ mihi fecundos suppeditasset agros,
 Implicitam morbis verum fatalibus, ausu
 Herculeo, vitâ solvit honorifica.
 Ipse, manus tanti metuo fugioq; Tyranni,
 Nec juvat Ambrosiæ me cibus ille sacra.
 Nec vires medica, lectis Epidaurius herbis
 Heros quas doctâ temperat ipse, manu.
 Nec titulus claro Deitatis nomine fulgens,
 Arcus nec jaculis acer Amazonis,
 Nec dulcis pulsæ testudinis aura, disertæ.
 Quam fundit genii turgida vena mei.
 Pandite, Heliconides mea nunc vestigia legunt.
 Attonita, tanti vi superante, mali.
 Pestiferum vobis non instillamus acorem,
 Pandite, nec virus cœlica tecta petit.
 Audit Omnipotens triplicatos liminis ictus
 Iuppiter, & vox cœu ter repetita fuit,

Auc-

Audit, & flavam quatiens, quâ sidera sistit
 Casariam, mœstus talia dicta dedit:
 Quis novus horrida ferit æra voce sonorum
 Hospes? quis Cœli verberat atq; fores?
 Num sævi æthereas Brontes Steropesq; Pyracmon
 Invadunt rursus verberare, voce, domos?
 Dixit, & Aligero mandavit Plejade nato,
 Ut causam tanti nosceret ipse soni,
 Ille volat subitis talaribus, ocyor Euro,
 Vidit & à presso cardine adesse Deum,
 Ostupuit primo aspectu, Cyllenia proles,
 Nec citò fatidicum credit adesse Deum,
 Illum porticibus solido ex Adamante dolatis,
 Admisit, dulci spe recreando, tamen,
 Squallida miratur rerum monimenta novarum,
 Infirmas animi vestigat atq; vices,
 Pulla qui exhibeat Laurus? cur pulvis amœnis
 Crinibus ad fessos defluat usq; pedes.
 Cur abjecta chelys? rubeant ferrugine cressa
 Spicula? Peonia nec valere manus?
 Cur Musæ laceris imitentur vestibibus? udae
 Cur scateant facies? ster macilenta cutis?
 Phœbus ait, celso querulâ se voce Tonanti,
 Quid Morpheus faciat, fundere velle, solo
 Protinus auratâ prænuncius impiger hasta,

J 3

Ducit

Ducit ad excelsi culmina clara Dei,
 Lacteus integrum quâ pingit circulus orbem,
 Delphinus Telum, Vultur & ardet edax.
 Iupiter in solio remicabat lumine Divum
 Insignis sceptro, Cœlicolumq; choro.
 Cui Phœbus: Venerande Parens, nox cæca soporem
 Progenit, Morpheus cui famulatur iners
 Ille necem Strygiis (dirum!) nunc extulit undis,
 Quæ fuit in superum viscera chara Deum,
 Nuper Laurigeris decorata namq; triumphis,
 Finit ab! Nymphæ stamina firma, tuæ
 Altera Daciaco, qua non præstantior, agro,
 Invicta vixit Religione, fide.
 Hesperides quod si servantia mala puella
 Aureæ, vel quinae sunt celebres Hyades,
 Par erat æterni ut partem sibi sumeret axis,
 Mortua, Caroliæ magna corona, domus:
 Qua locus Astræe disjungit Virginis astrum
 Candidus, à Libra ritè balance, vetus
 Illa tamen moritur! generis non talia vestri
 Curas damna, poli non numerando Deas?
 Siccine tu parcas sævire furentibus ausis
 Permittis thalami in pignora lecta tui?
 Siccine tam sanctum corpus mandabitur agræ
 Telluri, cives deficientq; tui?

Ipse

Ipse ego nigranti redimitus pulvere frontem,
 Vix cœli admissus cardine verba loquor,
 Territus effugi mortales sanere sedes,
 Tam lævo, luxit me comitata charis,
 Ergo age fulminibus dextram complecto triforcis
 Et mortem densis obrue missilibus
 At contra, insigni Regina piissima luce,
 Augeat ostrorum quolibet orbe, chorum.
 Gaudeat æternis epulis, quæ Numina pascunt,
 Immortale solo Nomen honorq; fluant.
 Dixit: at Aegiochus graviter commotus olympum
 Concusit, terram & movit odoriferam,
 Terribiles lachrymis oculos implevit obortis,
 Aurea de roseis Virga ruit digitis,
 Dumq; necem Regina tuam celsissima, luget,
 In gemmas lachrymæ consolidata abeunt.
 Fletibus at postquam facies siccata molestis,
 Concilium celsa cogit in arce, grave,
 Sic orsus: Divi qui cœlica jura tenetis,
 Quis genus aut quondam putris arena dedit,
 Dicite, quâ Divam celebremus lege Susannam
 Vindictam tristis mors subeatq; meam?
 Namq; soporiferâ mors lege potentibus herbis
 Edomuit tantæ lumina clara Deæ,
 Quâ non magnanimo Lapidothis fortior æstu

Delbo.

Delbora, non felix Hyppoliteq; fuit,
 Ambæ fœmineo patrios licet ense penates,
 Contrâ firmarint hostica castra benè,
 Hæc non thuricremas truculento texit at aras
 Sanguine, nec Patrios vi, feritate, focos.
 Sed sanctis lachrymis, findentibus aëra votis
 Cœruleum, puro cordis honore sui.
 Quo, digno Superos (meministis,) amore, beatos
 Concilians, habuit præsidii instar acris,
 Sancto cœlestes equavit acumine mentes,
 Dum volvit docta mystica verba manu,
 Obviaq; ancillis porrexit brachia puris
 Iusticiæ, quarum prima pudicitia est;
 Quæ niveam roseo faciem vestivit amictu,
 Incompta prohibens cernere signa rei,
 Qualis in Idæis innupta Minerva salictis
 Faunos averso lumine & ore tulit,
 Aut qualis nitidum spreuit virguncula Phœbum
 Theßala, victrici nobilitata coma,
 Panaq; montanum Syrinx castissima, visum
 Cadmei aut juvenis Delia fonte novo;
 Huic successit Amor socialis. Turturis instar
 Regalem solita est quo decorare thorum:
 Non magis obryzo splendet lassis in auro,
 Nec magis Arctoo fulgurat ursa polo,

Quam

Quam consuetæ fides, dulci spiramine cordis
 Nobilis, in tenero corpore & ore fuit.
 Scilicet ut gemmis regalia stemmata fulgent
 Dalmaticis, pario marmore Templa nitent,
 Non aliter celsi flagravît amore Mariti,
 Eximio cuius lux fuit in thalamo;
 Non hanc Icaridos vicit constantia Nymphæ,
 Andromaches verus nec superavit amor,
 Non hanc audaci coniunx Pagæsea cæpto,
 Nec Thisbe volucris vicit amore, viri.
 Mitis at interea, miseris succurrere lapsis
 Prompta. Pios motus mens generosa sapit.
 Sive Deis aræ, seu Templa locanda, beatæ,
 Pauperibus fuerat sive paranda domus,
 Imperio natale solum mutare coactis
 Duro, seu dulcis suppeditanda salus
 Direxit facilem clementia cœlica mentem,
 Quâ, nihil in vitâ grandius esse solet:
 Quare, quid Divûm dicet sententia, primum
 Expediat Pallas nunc generosa, volo.
 Annuit anguitenens Tritonis: Apollo querelis
 Exposuit madidis, Interiisse Deam,
 Interiisse Deam, cui præmia magna, quotannis,
 Dona dedere Dei, dona dedere Deæ.
 Cui botros Jacchus teretes, Ennea frugum vim

K

obtulit

Obtulit, at flores Flora iocosa dedit,
 Nymphæ Liberrides vestigia cuius amârunt,
 Geßerunt nutû & libera colla suo,
 Ipsa ego pallentis donabam munus olive,
 Textilibus cumulans artibus ingenium.
 Quam nec Erinna gravis, nec vicit Lesbia Sappho,
 Vesta nec assidua simplicitate, pia:
 Quare, digna polo, radiantibus inferre stellis
 O Genitor, tanta cognitione Deam.
 Mortem frange potens, mortis somniq; ministros
 Destruere, ne generis sint nocumenta tui.
 Regia subsequitur Tritonida carmine Juno,
 Et mæstos roseo fundit ab ore sonos:
 Conditor ah! rerum, letho est subiecta maligno,
 Quæ nuper Regnis optima iura dabat?
 Illyricæ cuius nomen metuere cohortes,
 Cui flexit teneros Dacia culta pedes,
 Cuius Hyperboreus titulum cum legibus, Ister,
 Pertulit & rapidi garrula ripa Savi,
 Littora piscosi quam donavere Tybisci
 Delituit, Dravus quam coluitq; celer.
 Quam celebris coluit Panno, Geta, Sclavus agrestis,
 Accola carpathij Ruten & ipse jugi,
 Attamen ante diem cecidit! proh Numina sancta
 An non lethæus stat timor ante fores?

Omnes

Omnes una vehet nox intempesta potentes,
 Et laqueum cunctis iniicit illa Deis,
 Nî Pater, exertâ terrentia fulmina, dextrâ,
 Gnidius, ad mortis depluat arva fera.
 Quare age, Sicaniis ardens Vulcane caminis,
 Tercentum exhibeas fulmina dira Iovi,
 Quis Phlegethontæas mortem deturbet ad undas,
 Vindicet & tanta lumina clausa Deæ,
 Assensere omnes: tum celso Iupiter orbe
 Intonuit, læthi frangere iura celer,
 Nec mora præcipiti densissima fulmina nimbo
 Deiecit, rabidam dissipat atq; necem,
 Quin imò, firmatis stabulantem mœnibus, acri
 Imperio, Stygios iussit adire lares,
 Subjecitq; preces: ab nunquam pestis iniqua
 Te cernant Solis lumina læta vagi.
 Nemo sed interea, cum factum reddere possit
 Infectum, Musæ plangite spontè novem,
 Fluminis in morem lachrymæ fundantur abortæ,
 Melpomene madidis tu modulare genis:
 O lux Pannoniæ, ô Genitrix placidissima terræ
 Daciacæ, querulis non revocanda modis!
 Non curas quibus hic lachrymis urgemus honorem
 Postremum? quis te sensibus inhibuit?
 Te Rex seposito diademate deflet, acerbis

K 2

cuius

Cuius prae lachrymis stant sine luce genae,
 Hei qui victrici caelestia sidera lauru
 Tangebatur, madidis nunc superatur aquis!
 Nunc Sol cuncta videns radios deponat acutos,
 Lunaq; nocturnos candida neget equos,
 Te Bethlena domus meritis pro millibus, unam
 Incluta, Regnam pectore & ore gemit,
 Te procures Patriae, Comites, fortesq; Dynasta,
 Deflet & hic radians Nobilitatis apex,
 Te matronarum chorus omnis luget ademptam,
 Cunctaq; lugubri compita voce, sonat.
 Te pietas, te rara fides, constantia, candor
 Vdis ad tumultum sunt comitata, genis,
 Squallida Religio pullo iam incedit amictu,
 Opposita mæsta & lumina fixit humo,
 Hac tamen unica fors Patrios solabitur agros,
 Quod non sit melior pars tumultata solo,
 Caroliæ verum processit stella Susanna,
 Virgine quæ Libram dividit aura levem.

Cessantem, liberiori Oratione excepit Gene-
 rosus ac verè Nobilis Adolefcens, Iohannes Kemeny, Balthasaris F.
 ex antiqua Simonis Kemeny, (qui in conflictu ad S. Emericum cum
 Mezetho Begho, inter confertissimos viriliter pugnans, pro Patria
 & Principe Iohanne Hunyadino cuius personam representabat, ani-
 mose occubuit) prosapia oriundi, qui cum in conspectu Principis
 Procerumq; constitisset, hunc in modum disseruit: Ferunt

Ferunt historia Sereniss. Sacri Romani Im-
 perii Transsilvaniaeq; Princeps, Illustrissimi Comites, Spectab.
 Magnifici, Generosi, Egregii Proceres ac Nobiles, Annibalem ful-
 men belli Punici, & totius Italiae terrorem, variis cladibus Popu-
 lum Romanum ad internecionem ferè delentem, quandiu Scipionem
 Africenum sibi instare intelligeret, nunquam, nisi armis accin-
 ctum, & vigilantibus Ducibus circumdatum, dormivisse. Fuit hoc
 quidem sanè barbari Imperatoris astus, verum nobis Christianis in-
 signe potest esse documentum ad continuas adversus mortem inopi-
 natam vigilias, quandiu enim constat mortem in acie esse, & nullo
 non loco temporeq; nobis insidiari, tamdiu, nobis in utramq; aurem
 securè minimè dormiendum esse, recognoscamus, verum nocte dieq;
 sedulo vigilandum esse, ne nos incautos acerrimus iste humani ge-
 neris hostis opprimat. Nam quemadmodum nihil est morte cer-
 tius, ita ejusdem horâ nihil incertius esse deprehenditur, adeo, ut
 non immerito B. Berhnardus, Nihil (inquit) certius est morte,
 sed nihil incertius horâ mortis. quin & ipsa quotidiana experi-
 menta id ipsum luculenter demonstrant, & inprimis praesens Sere-
 nissima Heroïna Patrona Ecclesiae Dei benignissima inopinatus obi-
 tus, hanc enim vos omnes vixisse florentem vidistis, nunc autem
 subitanea extinctam morte, misere deploratis. Cum verò animad-
 vertam, non sine omnium bonorum ingenti cordolia, Serenissimam
 hanc Heroïnam, factis praeclaram, moribus illustrem vitam, cum
 morte commutasse, consentaneum tempori, loco Personisq; esse cen-
 sui, si sauciatis animis, quippiam solidæ consolationis in medium
 consulerem, quo & nimio affectos dolore erigerem, & Heroïnam
 ipsam, quam meritò alias boni quiq; lugemus, longè beatiorum con-
 ditionem, hanc nostra adeptam esse demonstrarem. Quod dum fa-
 cio vos Aud. obnixè oratos esse velim, ut mihi non solum aures,
 verum etiam animos benevolos praebeere, ne dedignemini. Aure enim

enim ac ferè divina est, Romana eloquentia Parentes M. T. Ciceronis sententia, cogitantis (inquietis) supera seu cœlestia, hac nostra exigua & minima contemnamus: Quod si enim Ethnici extra cognitionem veritatis in meris cœcutientes tenebris, tantopere cœlestia anhelantes, mundanas contempserunt vanitates; Quid Christianis in luce veritatis faciendum? præsertim, cum ad eos iure hereditario, possessio vitæ æternæ sanguine Iesu Christi acquisita pertineat? Ut in omnibus casibus, ita enim verò etiam in morte, illis exultandum esset, dum ex hac lachrymarum valle in æternum migrant gaudium, adeo, ut cum Apostolo quilibet illorum dicere debeat: Cupio dissolvi & esse cum Christo. Cum enim spem futuræ habeamus vitæ, immotis subnixam fundamentis, quid est, quod aut mori divina sic dispositione iubente, recusamus? aut mortuos tanquam si perdidissemus, inani luctu, vanis singultibus, plangimus? Præmissimus illos non amisimus, in cœlestem migrantes Patriam protectioni divinæ commendavimus, manibus Dei indidimus, cum ut Sapiens ait: Iustorum animæ in manu Dei sint & non attingat illas cruciatus; æquum igitur est, nos in divinā voluntate placidè acquiescere. Nam primò, qui plus iusto, luctui indulget, is quodam modo naufragium facit fidei ac spei in Christum, usq; adeo, ut dignissimè Gentium Apostolus pronuntiaverit: Non contristandum de dormientibus instar gentilium, qui spem non habent alterius vitæ. Deinde quid luctus immoderatus commodi secum portat? ille multos in gravissimos coniecit morbos, plurimos è medio sustulit illo, videmur, non solum divinæ, verum etiam propriæ nostræ voluntati repugnare: quotidie enim & iustissimam Dei voluntatem agnoscimus, & in Oratione à Salvatore nobis præscripta, petimus: Fiat voluntas tua, adveniat regnum tuum. Iobus, præclarum patientiæ exemplum, cum universum liberorum florem, armentorum multitudinem, longum servorum ordinem,

amisisset

amisisset, ac insuper à crudelissimo humani generis hoste, immanissimis fuisset affectus plagis, ab uxore exacerbatus, non tamen evulsit comam, sed celebrem illam gratiarum actionem depromere non dubitavit: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Neg; prætereundum est, evocari à Deo ex hac vitâ, non esse aliud, quam animam nostram, quæ corporeis inclusa est carceribus, ex miserrima carnis, mundi & Diaboli servitute, in perfectam asserere libertatem: hic enim mundus merito carcer nuncupatur, cum sit locus teterrimus, abominabilis, infamis, ignobilis, proprium bestiarum domicilium, hominibus autem, exilii ac peregrinationis diversorium, non enim hic manendi habitaculum sed commorandi tabernaculum à naturâ accepimus, unde est, quod omnes à Domino peregrinamur dum hic vivimus, advenæ ac peregrini sumus, neg; permanentem Civitatem habemus. Mundus hic est, aridissima illa Lybia, in qua siti mortales, nisi verbo Dei sustententur, emoriuntur, in qua nulla voluptas perfecta, nulla læticia, quæ vel minimâ ex parte mentes hominum consolatione durabili imbuere possent. O igitur vanam huius mundi iucunditatem! o fallaces promissiones! o lubricas blanditias Quoties ego Aud. oculos ad æternæ beatitudinis statum contemplandū attollo, quoties attendo, quam sordeat in illius comparatione Mundus, non possum vos non admonere, ut post habitis hisce caducis mundanarū rerum illecebris, queratis æternum cœlorum domicilium, quo etiam Sereniss. Susannam Caroli transmigrasse scimus omnes, ibi enim gaudium sine tristitia & gloria sine fine est. Recordemini enim Cælum, beatorum esse refugium, fidelium Regnum, animarum nostrarum Patriam, Prædestinatorum sempiternum domicilium. Cur igitur mortem subterfugeremus? quâ nobis transitus patet è miseria in beatitudinem, è paupertate in felicem ubertatem, ex tristitia in gaudium, ex ignominia in glori-

am,

am, deniq; ex temporaneo hoc domicilio in beatum sanctorum consortium, in quo perpetuus dies lumenq; nunquam deficit, in quo Sol ipse Christus omnem noctem, omnesq; tenebras fugat, in quo nullum tedium, nulla passiones calamitosa, non aegritudo, non inopia stabulantur; Quae omnia si aqua mente trutinatis opinor, vos assiduis desideriis ad tantorum bonorum possessionem non duntaxat adspirare, sed summo contendere studio, omnemq; movere lapidem ut haec caduca ac fluxa rerum humanarum ludibria contemnatis: Spiritualia autem dona ambiatis, & vobis in Caelo durabiles acquiratis Thesuros, nec unquam tantorum bonorum memoriam ex animis vestris extirpari sinatis.

Postremus in medium prodiit Nobilissimus Adolescens, Gabriel Mindszenti Benedicti F. alias Pansicorum Religioni addictus, qui e regione Principis Procerumq; consistens, hunc in modum dicendi initium fecit:

Oratio D. Gabrielis Mindszenti.
Quantum mœmorem conciliarit toti Transsylvaniae, universaq; Pannoniae Regno, importunus ac inopinatus Serenissima Susanna Caroli obitus, Serenissime Sacri Romani Imperii Transsylvaniæq; Princeps Proceresq; ornatissimi, vel ex eo conici potest, quod vix duobus ante elapsis mensibus, magno omnium nostrum animi dolore, & lachrymis honoratum plurimis, Magnifica Domina Christiana Csaki, Consortis Illustrissimi D. Gubernatoris, funus rite atq; ordine celebravimus: Hodie autem Serenissima Susanna Caroli, Serenissimi Principis Conthoralis letissima, exanime lugemus corpus: dolor dolorem, lachryma lachrymas, instar decumanorum in vastissimo aquare fluctuum, sequuntur! O inconstantiam rerum humanarum inconstantissimam! O nimum brevem excellentium Personarum vitæ seriem! - Hac enim Heroïna quandiu vixit, ornamentum praesidiumq; florentissimi Principatus Transsylvanici cum esset, admirabile sui desiderium
 nostra

nostra ætati, & incredibilia seculis subsequenteribus, virtutum excellentissimarum, reliquit exempla. Fateor enim, conceptum ex obitu Magnifica Christina Csaki dolorem, vitam Serenissima Susanna Caroli superstitem, mitigasse, nam & ingentis mansuetudinis, & singularis clementiae gradibus non tam sensim ascendebat, quam volabat ad immortalis laudis perceptionem. Nunc vero, postquam & hoc Patria nostra lumen extinctum est, calamitas posterior priori addita, funestiores dolorem, atq; duplicatam in omnium cordibus tristitiam relinquit. Memini me, in funere Magnifica Domina Christina Csaki, cohonestando, in media etiam tempestate, plurimum querelarum, liberiori Orationis cursu, profudisse: At nunc, in Serenissima Susanna Caroli exequiis, attonitus, tum propter lachrymas, tum vehementiam doloris, qui os mihi obstruit, tum propter materiae magnitudinem, quae omnem loquendi superat copiam, nescio quanta mihi incumbat moles, quâ pressus, imò propedum oppressus, silentium mihi imponi video. Id enim evenisse videtur Serenissima Susanna Caroli, quod Alexander Macedo ad Sigeum consistens ad tumultum Achillis conquestus est. O fortunata (inquiens,) Adolescens, qui tuarum laudum Homerum praconem inveneris, innuens se convenienti laborum suorum praconio carere. Quis enim tanta pollet ingenij ubertate, qui res Serenissima Susanna praeclare gestas cogitatione comprehendere, verbis explicare possit? quod si quis in hac nobilissimorum literatissimorumq; virorum frequentia, id se assequi posse existimet, eum ego non ab homine natum, sed ab aliquo Numine effictum & affiatum esse, dixerò. Ego vero, meae imbecillitatis conscius, & vehementer inopinato hoc casu percussus, summo etiam dolore, boni publici causa: affectus, in admirabilem rapior animi stuporem, adeo ut si omnia mente comprehendere, verbis autem exprimere me posse dicerem, amens essem. Nam si ve men-

ris, mea oculos conicere in generis nobilitatem, siue eximium Progenitorum maiorumq. splendorem, tanti ac tales mihi occurrunt viri, quanti & quales Heroes quiq. nobilissimi inveniri & haberi possunt. Si puerilem educationem genere dignam, consideravero, ea primum paternis in penetralibus, deinde aliis in locis apud nobilissimos & clarissimos Patrie nostrae Dynastas, tantas ingenio ad excellentem nato gloriam virtutes, instillarat; quantae ad maximorum Imperiorum gubernacula, Rempub. regendam, familiam administrandam, Pietatem sectandam, Dei immortalis hominumq. gratiam conciliandam, sufficerent. O veram in vera virtute educationem, O mite ac docile ingenium; Innatis itaq. virtutum stimulis, & celebri magnarum matronarum exemplo, quarum praeterea gesta saepe memorabat, saepe etiam cernebat, pulcherrimus eius animus excitatus, tantum incrementi accepit, quantum optima indolis virginum atas, morumq. integritas possulant. In illa siquidem atate, antecellebat plurimas atatis pro-recte matronas, cum illas, quae rerum magnarum & gravium assiduo usui & exercitationi dedita, demissos & lenes praestulerunt animos, tam illas, quae vitae puritati ac sanctimonia de industria studuerunt, in ipsius siquidem auribus oculis & cogitationibus, Parentes, avia & alia sanguine iuncta, quibus nulli honores virtutem aequantes tribui possunt, versabantur. Ad hac disciplinam muliebrem, quae ceteris praesfet, alias ad normam & trutinam virtutis examinaret, non nullas jure optimo corripere, non imitatione dumtaxat acquisivit, sed etiam alienarum virtutum sedula emulatione comparavit. Interea, elucebat inter alia virtutum ornamenta singularis quadam obtemperandi promptitudo, quae nullo verbo mansuetudo & columbina nuncupatur simplicitas; Animadvertit enim, praesaga quadam mente, futurae dignitatis gradum, praevidens, neminem recte imperare posse, qui prius parere non didicisset. O cogitationem omnium testimonia celebrandam! ô Ma-

tronam ad quem libet populum regendum natam! Testantur hoc illi qui intra illud temporis spatium, quo Serenissimus Princeps feliciter Regni huius gubernacula suscepit, & adhuc felicissimè suscepta retinet, eius prudentiam ac clementiam experti sunt: notum est enim omnibus, vix fuisse aliquid ardui, quod illa, (aliis gravioribus curis Serenissimo Marito vacante,) consilio regere, auctoritate penè virili tueri, & virtute conficere non potuisset. Sed si omnia in Rempub. Transylvanicam merita, collata in quoslibet virtutis sectatores beneficia, munificentiam in pauperes, curam in viduas Orphanosq. exponere vellem, dies me deficeret, nec satis prudens essem, si ea recensere verbis, quae omnium sunt oculis exhibita: Facerem etiam iniuriam vobis Proceres, si ea vobis praesentibus exponerem, de quibus ipsimet testimonium ferre, & me de plurimis edocere possetis. Agnovit enim & Serenissimus Princeps suam Contubernalem, & vos Proceres Heroine clementiam experti estis, atq. in animis vestris res eius praeterea gestas, mores reginales tam alte admisisse, ut non sitis ad eorum memoriam Asiatico dicendi genere excitandi. At tu Serenissima Heroina, immatura morte nobis ablata es, quae propter publicum bonum mori nunquam debebas, qui tamen Deo immortalis ita visum fuit, admirabilis tuae virtutes in omnium gentium annalibus in venturas transmittentur posteritates, ut liquido constet, nominis tui splendorem, nullam unquam oblivionem aut temporis diuturnitatem, obliteraturam. Ergo quod in te amavimus & admirati sumus, manebit in omnem aeternitatem, quippe, quae magnorum in nos bonumq. publicum, reliqueris in terra, illustrem gloriam famamq. meritorum.

His rite atq. ordine peractis, corpus in Hypocaustum concameratum delatum est, concione deinde dimissa, omnis ordo solennibus est refectus epulis, Ecclesiasticis & Pauperibus grandis rei pecuniaria summa ex erario Principali deprompta. Decretum tandem in Senatu Procerum ad stipulante Principe, ut exequiarum novissimarum celebratio ad Calend. Quinob. differretur.

APOTEOSEOS

Liber Secundus.

ROMpa ubi funebris adcalendas reiecta Quinct; re pecuniaria in omnes necessitates opiose erogata, patrio preparata fuisset ritu, insignia passim Reginalia, valvis portarum, parietibusq; Basilica S. Michaelis Archangeli cum lugubribus affixa sunt carminibus. Area autem Principalis aula viridario obvoluta est: sub quo, subsellia in universorum ordinum placidissimam quietem, magno deposita sunt numero. In medio Castrum doloris suggestumq; pullatâ obvelata veste & Reginalibus maculata insignibus erecta sunt. Initium solennitatis, ex deliberata Procerum sententia factum est III Calend. quinctilis. Ad eum enim terminum, ex omni ditione Transsylvanica incorporatisq; eidem partibus, Optimates quiq; sese mature pullatos presentantes, authores fuerunt, ut tribus ante praefixum supremis exequiis terminum, diebus, Iustis Heroina contribuendis, opera impenderetur. Hora itaq; VII matutina, cum Curiam pullati trium nationum status & numerosus Ecclesiasticorum complevisset ordo: medium Princeps cum delectis Regni Optimatibus è regione Ecclesiasticorum tenebat, Sinistrum Matrona lugentes latus, dextrum autem Ordines Saxonicæ & Civitatum Liberarum delegati claudebant; reliqua autem multitudo totum circumfundens circuitum, à validissima Prætorianorum ab una, ex altera autem parte, Aulicorum Equitum manu,

Secundus.

85

nū, in Coronâ, cingebatur. Funus ex Hypocausto, in quo per integrum mensem aromatibus conditum, delituerat, ab Equitibus nobilitate generis virtutisq; opinione celeberrimis, elatum est, atq; in planctus domicilio, quod castrum doloris nuncupatur, pullo undiq; Holoferico obvelato, depositum est. Post vocalem Musicam more maiorum usurpari solitam, suggestum conscendit, in omni, disciplinarum genere nemini secundus D. Ioannes Cegledi, Philosophia, Medicina atq; linguarum peritia celeberrimus Antistes Ecediensis, qui eruditissimum ex lata illa in hortu deliciarum Dei Omnipotentis sententia: Pulvis es & in pulverem reverteris, instituens sermonem, comprobavit ex Veteri ac Novo federe præclarissimisq; Philosophorum placitis, mortem etiam charissimorum aquo esse ferendam animo. Manavere nihilominus multis mortalibus lachrymæ: ita enim disertissimus vir consolationem animis imprimebat, ut eandem pro singulari ingenij ac eloquii dexteritate in planctum convertere posset. Qui ubi dicendi apud avidos tantæ doctrinæ Audit. Non sine multorum gemitu, fecisset finem, D. Michael Balai suggestum occupans, latinam his verbis habuit Orationem:

SCItè admodum finxit olim sapiens antiqui-Oratio D. Michaelis Balai.
tas Serenissime ac Potentissime Sacri Romani Imperii Transsylvaniæq; Princeps, Dn. Dn. nobis Clementissime, Illustrissimi Principes, Illustres Spectabiles ac Magnifici Dn. Comites, Barones, Generosi & Egregij Nobiles, Clarissimi doctissimi, amplissimi ac consultissimi viri, ceterique omnium statuum & ordinum Audit. Spectatissimi scitè inquam finxit antiquitas, Monstrum quoddam bisforme, Minotaurum, Minois Creta Regis ex Pasiphææ Solis Filia, uxore & nefando Tauri concubitu Filium, partim hominis partim formam Tauri referentem, quod iussa

Minois labyrinthus inclusum, humanis, vescatur carnibus; Athenienses autem, qui Androgeum Minois Filium interfecerant, debellati à Minoë exscripto fœderis, septem quotannis filios ac totidem Filias in Cretam ad alendum monstrum mittebant; Quod cum venisset Theseus Aegæi Athenarum Regis Filius beneficio Ariadnes Minoi filie, quæ Theseum summo deperibat affectu, Minotaurum è medio sustulit. Edoctus enim ab Ariadne de inextricabili labyrinthi errore, & ab eadem fili glomere accepto, Principium foris religans, secum filum traxit, eiusdemq; ductu se se salvum & incolumem imò etiam victoriosum reduxit. Mundus hic Audis. proculdubio est labyrinthus ille, in numeris ambagibus & flexuosis anfractibus, refertus, quem quicumq; temerè & sine filo Ariadnes ingreditur, ex eo, se vix ac ne vix quidem poterit expedire: Intus siquidem Minotaurum, Principem huius seculi Diabolum, continet, qui ad unum omnes, sine filo ingredientem miserè depascitur. Quid igitur nobis in hoc Mundi labyrintho, innumeris pleno ambagibus agendum? Quibus rationibus teterima huius belluæ, dentes mortalium sanguine madentes, evitandi? Accipienda est, Thesei ut opinor exemplo, mortalitatis ac fragilitatis nostræ memoria, tanquam filum quoddam Ariadnes, cuius ductu, ex tantis Mundi vanitatibus, Minotauro Spirituali Sathana, sub pedibus nostris contrito, nos extricare, atq; ad cælestem Patriam remeare possimus. Quod ut firmiter animis nostris inhaereat, ac Mercurialis instar statua nos ad æternam perducatur vitæ, in præsentiarum, pace vestra, Deo sufficientes largiente vires, modo placidas prabeatis aures, memoriam mortalitatis nostræ, necessariam ac salutarem esse, breviter ostensurus sum. Inversam olim arborem Sapientes appellarunt hominum, quod, ex parte corporis apprimè competit ei, ex parte autem anima, congruenter nominare poterit ignis. Hoc idem, quondam in apologo illo Promethei

methei Poëta indigitarunt: Fabulantur enim Prometheum Iapeti filium, in hoc mundo, mortalium primò corpus formasse ex luto, cumq; in his terris, quo vitam illis infunderet, non invenisset; consilio & auxilio Minervæ cælum ipsum conscendisse, pariemq; non nullam cælestis ignis, quo corpus hominum lutum vivificaret, suffuratum esse: Poëta etiam cecinit: Audax fuisse Iapeti genus, quod, cælestem ignem primum omnium subduxerit: adeo ut non immeritò Author libri Sapientie, statum in navibus nostris applaverit fumum, sermones verò è corde per os lingvæ ministerio erumpentes, nominavit scintillas. Quid enim ex luto & ligno ardenti, nisi fumus & scintilla egredi possunt? Nam sicut ignis statu accenditur, sic immortalis Deus, ut ignem hunc vitæ nostræ in Adamo Protoplasto accenderet, insufflavit in faciem eius Spiraculum vitæ, simul ac corpus eius ex luto formasset. Et sicut pro signo incendii pulsantur campanæ, & quidem tanto celerius quanto incendium maiores sumere vires deprehenditur, sic in nobis articularum pulsus semper movetur, & quidem tanto celerius, ex spirituum animalium ac vitalium continua reciprocatione agitatus, pulsatur, quanto febrium & aliorum id genus morborum incendium fuerit maius. Denique, sicut ex incendio nihil remanet præter cinerem, sic ex vita hominis, quæ omne genus calamitatum continet, imò quoddam afflictionum incendium est, quid aliud supererit, quam frigidus cinis? facietur enim & Sapiens ibidem, extinctâ vitæ nostræ scintilla corpus abire in cinerem, asserit ipsemet altissimus omnium Creator, Gen. 3. 19. Pulvis es & in pulverem reverteris: Enim verò, si omnia sepulchra adibimus, monumenta perlustrabimus, cranaria intuebimur, quid aliud ex vita fortunis, tot tantorum ac tam potentissimorum Monarcharum, Imperatorum, Regum, Principum, Heroùm ac Heroinarum splendidissimarum, per multa seculorum intervalla, usq; ad nostrâ calamitosa tempora fatis functorum, præter cinerem & ossa mox in pulverem resolvenda, superest?

Ortus profectò, cuncta repetunt suos & primævam requirunt matrem, adeò ut, in cinerem redeat, quod fuit ante cinis. Iam verò cum animus noster ignis, corpus lutum, vita verò omnium calamitatum incendium quoddam in se complectatur, adeò ut teste Spiritu Domini, teste experientiâ Cinis ac pulvis simus; cur tam immemores mortis sumus? cur tam faciles ad accusandum naturam sumus? Nemo deflet quod nascitur, nemo quod vivit: quod verò egestatem patitur, labores sentit, molestias animadvertit, senescit, agrotat, deniq; moritur, unus quisq; conqueritur, miratur, quasi ista minus sint secundum naturam, quam illa. Sed proh dolor! quotusquisq; mortaliū invenitur, qui hæc, non dico intelligat aut serió recordetur, sed vel per transfennam obiter introspeciat? Pauci etiam ex doctioribus naturali duntaxat lumine polleantibus; hinc gravissimæ Philosophorum querele: Cervi (inquiunt,) Dictamini pastu sagittas excutiunt, à phalangio percussi cancerorum esu se se recolligunt, Lacertæ à Serpentibus istæ herba quadam sibi medentur: Hirundines vexatis pullorum oculis Chelidonia succurrunt: Testudo cuniculi pastu vires adversus Serpentes reficit: breviter, nullum ferè animal est, quod non intelligat sua remedia: Solus homo proh dolor! nescit vel animi vel corporis remedia querere! O miseram animali hominum conditionem: Tu verò, quia à Spiritu Dei in Ecclesia nonnihil regenitus es, excute veternum, aperi oculos, erige caput quicumq; fueris, & animadvertite, quàm saluberrimum & præsentissimum, adversus peccata & mortem, remedium Spiritus Domini plantavit in amænissimo Sacrarum literarum horto? Memorare (inquit,) novissima tua in omnibus operibus tuis, & non peccabis in æternum, O efficacissimum pharmacum! Quod utinam miseri mortales animadverterent! utinam recenti sæpè recolligerent memoria;

utinam

utinam peccati cupidine prurientes hoc emplastrum sibi applicarent! esset, quo in tanta humanæ mentis caligine, naturali succurrerent cæcitati, esset quo oblivioni mederi possent. Propterea enim, & immortalis Deus, in omnibus rebus mortis indicia posuit, ac memorialia erexit, ut nunquam mortaliū mente excideret certa mortis memoria. Si terram aspicias recordare! sententia divina: Pulvis es & in pulverem reverteris. Si aërem attendis memento verborum Iobi: Ventus est vita tua. Si nubes conspicias, vapor & fumus est vita tua paululum apparens, mox evanescens. Si cælum intueris, ortum & occasum syderum Planetarumq; deprehendes, qui te vitæ huius fugacitatem, ortum & occasum incertum, fallacem, edocebunt. Si animi causâ ad ripas fluminum spaciaris, quid aliud tibi rapidissimus fluminis impetus, quam vitæ huius velocissimum decursum, representabit? omnes enim morimur, & quasi aqua, in terram delabimur omnes, qua non revertuntur. Si Tempia & Sepulchra ingressus fueris, quid hominū demortuorum fætidæ cineres ex monumentis & Cranariis aliud ingeminant, quàm memento mori, memento mori? quid præsens exemplum nunquam satis deplorandum, si modo aures haberemus aliud proclamat, quàm illud Poëta: Omnem crede diem, tibi diluxisse supremum? Atq; hæc omnia immortalis Deus sic ordinavit & inscrutabili consilio disposuit, ut memoria mortis frænum omnibus iniiceret, ne præcipites in peccata rucremus. Quod si verò ad hæc omnia oculos clauderes, aures obturares, minimè tamen effugeres, quin certissimus mortis præcursor, Somnum dico, speciem mortis Phantasmati tuo imprimeret. Sed adsunt alij etiam infallibiles mortis prodromi, inopinati casus infirmitates, senectus, adest ipsa mors, per contrarias qualitates dies ac noctes nobiscum pugnans, Imperat cunctis, dominatur omnibus, jura sua quotidie exercet ac exequitur, conculcat indiscretim, Imperatores, Re-

ges, Principes, divites, pauperes, afflictos. Quandiu igitur adhuc stertimus? quandiu stimulorum mortis in dies latera nostra pungentium obliviscimur? quousq; tandem Mortem in medio nostrorum viscerum dominantem, imò sevam exercentem tyrannidem non animadvertimus? quousq; tanta fiducia rebus humanis momentaneis innitimur? quâ ratione ducti, divitiarum ac honorum larva oculos perstringi patimur? Expergiscendum tandem est, & discendum si non alieno, saltem proprio nostro malo edoctis, quantum adferat mali rebus hisce caducis adherere, quantum autem boni mortis memoriam animo inscriptam, perpetuo revolvere. Sed Deum immortalem! quam multis hac in re, præripit palmam, Potentissimus ille totius orbis terrarum Monarcha Xerxes, qui quamvis montes subverterit, Hellepontium pontibus straverit, & res Heroicas clarissimorum Historicorum monumentis celebratas, terra mariq; domi militiq; gesserit, tamen, cum de sublimi loco innumerabilem suum conspexisset exercitum, & se omnium mortalium felicissimum primum pronunciasset, mox in profusissimas solutus est lachrymas; Subitam Regis mutationem admiratus Artabanus Patruus, qui expeditionem dissuaserat, ausus fuit querere causam: Cui Xerxes: Subit (inquit,) animum meum cogitatio, quàm brevis sit vita hominum, quandoquidem extà numerosa multitudo, nemo post centesimum super victurus sit annum. O dignus sapientissimo Imperatore lachrymas! ô dignam tanto Monarcha vocem; Si nos quoq; possemus tanta altitudinis conscendere speculam, ex qua universum terrarum orbem sub pedibus cerneremus, apparerent haud dubiè Mundi ruina, appareret Imperia Imperios, Regna Regnis, Gentes gentibus successisse, Monarchas à Monarchis, Reges à Regibus everfos jacere: hos tolli in altum, illos deprimi, alios honorum ac divitiarum cupidine torqueri, alios Re-

gna

gno exclusos modo accerbissima torqueri servitute, modo crudelissima interfici morte: alios absorberi à fluctibus, dilaniari à bestiis; A multis rursus cum tripudio nuptias celebrari, à plurimis, exequias cum planctu & lachrymis adornari, illos nasci, hos mori, illos divitiis & honoribus affluere, hos dura opprimi paupertate ostiatimq; mendicando vitam sustentare. O mirabilem rerum humanarum vicissitudinem, O nunquam satis deplorandam conditionem! Sed vincitur sermo magnitudine rei, & longè minus est quod dico, quam quod res postulat. Redeamus igitur ad nos, & tanquàm è caelo descendentes, nostra paulisper inspiciamus, eaq; sobria mentis trutinâ pensantes, fragilitatis & mortalitatis nostra memoriam, recolligamus. Magnus enim ille Abraham, omnium credentium Pater, usq; adeo se in conspectu tehorah demiserat, ut se non hominem, sed pulverem ac cinerem esse, agnosceret. Iacob Patriarcha vitæ suæ curriculum meram fuisse peregrinationem coram Pharaone ingenue confessus est. Iobus, insigne illud fidei & patientiæ exemplar, hominem natum de muliere, brevi viventē tempore repletum multis miseriis instar floris egredi & conteri, pronunciare non dubitavit. Paulus Apostolus presentis vitæ tedio laborans, vitæ autem cælestis desiderio flagrans, præclarum duxit in hæc erumpere verba: Cupio dissolvi & esse cum Christo. Ceteri autem fideles, nomen & vitam Christo consecrantes idem sentiunt, idem in vitâ & morte loquuntur: Est enim, certum quoddam Christianorum signum, ut suæ fragilitatis & mortalitatis recordentur, sortis suæ presentis contemptores sint, inq; alterius vitæ societatem transire anhelent. Tali signaculo erat obsignata etiam hæc piè in Domino requiescens, & æternæ cælestis gloriæ Diademate redimita Serenissima Susanna Caroli, quæ nomen & vitam suam Christo unico Servatori consecraverat: Nonne enim, ita sentiebat, loquebatur, agebat, ut cuiusvis

M 2

facile

facile appareret, eam mortalitatis memorem fuisse? presentis vitæ tedio laborasse? & vitæ alterius consortium cum Apostolo anhelasse? Nam optime persuasum habebat, se ex parte animæ ignem, ex parte corporis lutum, & vitam suam plenam calamitatibus, afflictionum quoddam incendium fuisse, ideoq; fragilitatis ac mortalitatis suæ memoriâ tanquã filo Ariadnes, acceptâ, Minatauri illius Spiritualis astus, calliditatem & Tyrannidem mirifice elusit, clausis oculis & obturatis auribus mundanarum Sirenium oblectamenta, delicias ac fallacissimos cantus, instar Vlysis, præternavigavit, & æternæ quietis portum, cum gaudio attingit. Mortis enim memoria contemptum mundi ei adserebat, eam à peccatis retrahebat, ad promovendam Dei gloriam incitabat, deniq; ad æternæ vitæ cupiditatem inflamabat, adeo, ut cum Paulo cuperet dissolvi & esse cum Christo. Adsunt testes clarissimi quiq; ac magna autoritatis viri, quorum ministerio utebatur, quorum institutione ac solida consolatione, se se in tot tantaq; morborum genera demersam, erigebat: Testimonium deniq; perhibent dicta eius pietatem redolentia, Heroica liberalitates ac munificentia in promotionem Ecclesiæ Dei collecta, quarum me quoq; indignum licet, cum aliis artium liberalium cultoribus, & imprimis, curren-
ti hoc anno, Doctissimo viro Francisco Petri collegâ honorando participem fuisse, & res ipsa loquitur, & gratitudo postulat, ut ingenue confitear: Sed postremo testimonium dat, vitæ ipsius cum simplici coniuncta humilitate, tantoperè enim memor erat statua illius Nabucadnezaris, aureum caput, argenteum pectus, luteos verò pedes habentis, ut, licet tantos honores, tantas divitiarum, tantos splendores intueretur, horum tamen omnium luteos esse pedes recordaretur. Et si quando instar Iunoniæ volucris, ex carnis infirmitate Cristas insto aliis erigeret, ex templo pedes luteos intuebatur, & se se ad terram usq; humiliter demittebat. Sed neq;
tempus

tempus, neq; vox, neq; latera sufficerent, si vel centesimam virtutum eius partem, quibus instar Solis splendebat, enumerare vellem, sufficiat hæc paucula delibasse. Quamobrem, eius exemplum in matronali castitate, fide, spe, pietate, humilitate, mansuetudine, omnibus imitandum est: & vitæ præsens cum universis mundi huius oblectamentis tantopere aspernanda, ut in politeuma Angelorum omniumq; Sanctorum, primo quoq; tempore transmigrare possimus.

Finientem, Elegiaco subsecutus est carmine, honesta expectationis juvenis Caspar Debreceinus, qui simul at rostrum conscendit, in hæc erupit verba:

PRinceps, qui Dacici moderaris juris habenas,
Qui Pater es Patriæ, Nobilitatis honos,
Huc ades: huc mentes Domini convertite puras
Turba Sacerdotum nobiliumq; decus,
Fata regunt homines, (lex est hæc dicta,) caducos,
Decretum Domini nam violavit homo.
Et velut è gelida fuerat tellure creatus,
In cinerem rursus membra caduca abeunt.
Exiit exuvias Stygii quoq; fraude Draconis,
Impollutas, quæ vitæ perennis, erant,
Illicita postquam vetitos ex arbore fructus
Gustasset, subiit iura tremenda necis.
Antea florivimus claro splendore corusci,
Nullus erat morbus corporis atq; animæ.
Nec gravis anxietas animi, nec casus anhelus
Aut species lethi pallida funerei.

At nunc morbus adest membris, subitiq; iugesq; dolores,
 Convellunt miserum fervida membra virum:
 Hei mihi, quot mortis formæ, discrimina quotq;
 Humanum tollunt è medio atra genus!
 Heroes claros, qui mentis acumine Divis
 Aequales, factis aut fuerunt similes,
 Abstulit infelix mortis ius, tollet & omnes
 Munera qui terræ percipiunt solide,
 O Mater Matrum, quæ te sententia duxit,
 Porrigeres primo ut dona maligna Patri?
 Mortem invexisti, cuius virtute severum
 Ius nemo clarâ, transilit atq; manû.
 Laurigere nullus tam fulget in arte Minervæ
 Cui non frana potens, iniiciatq; manus,
 Artis Apollineæ Podalirius ille peritus,
 Huius contra vim gramina nec reperit.
 Non decus aut virtus, nec splendida gemma, vel acre
 Militiæ robur dispulit ense necem.
 Dogmate nec mentes patulum super æthera notæ,
 Vltius vitæ stamina ferre queunt.
 Nil prodest facies, nulla medicabilis arte
 Mors, fustem ut fragit sic quoq; sceptrâ Ducum:
 Magnus Alexander, Samson, versutus Vlysses,
 Pelides cecidit Priamidesq; celer.
 Iulius invictò Romam qui subdidit ense,
 Romano rursus concidit ense, domi.

Dic

Dic ubi Fatidicus Rex est? ubi Cresus opum vi
 Illustris, claro aut Tullius eloquio?
 Juditha fortis ubi? casta aut probitate Susanna
 Nota? Sybillas quid sustulit ambiguas?
 Mors est imperium cuius subire molestum,
 Extremumq; omnes sustinuere diem.
 Hæc quoq; fatali cecidit non falce Patrona,
 Debebat nobis quæ super esse diu,
 Anchora firma inopum, faulrix veneranda Minervæ,
 Christiadum nutrix & fuit alma gregis,
 Cuius nomen, honos, pietas pia facta manebunt
 Acer Danubias dum bibit Hunnus aquas.
 Transiit attamen hinc, mandavit corpus onusta
 Telluri, melior pars super astra, abiit.
 Iamq; quiescit humo, tantorum indigna laborum,
 Digna immortalis at nectare, digna polo.

Finem declamationi imponentem pari passu
 Elegiaco subsecutus est carmine, præclaræ indolis juvenis
 Georgius Miskolci, qui ubi in medium prodiit, sic orsus est:

MIRabar, tantos tulerit quæ causa dolores,
 Surripiens celeri gaudia nostra pede.
 Latifico nuper fervebant limina plausu,
 Fundebat suaves buccina clara sonos.

Carmen
 Georgii
 Miskolci.

Lata

Lata cohors procerum reduci gratata parenti,
 Principe quo felix Dacica terra viget:
 Maxima concipiens plaudebat pectore vota,
 Nota recognoscens Principis ora sui.
 At modo lugubres respondent undiq; planctus,
 Singultusq; quatit pectora cuncta gravis
 Et furvo passim debacchans tegmine turba,
 Haud obscura animi signa dolentis, habet.
 Ipse dolens fuscis textit sua nubibus ora
 Phoebus, & humentes aethere rorat aquas,
 Ipsaq; praeuptis latitans in rupibus Echo,
 Tristia submissa carmine voce, sonat.
 Spuallida Pegasides sumpserunt tegmina Musae,
 Pulsant flebilibus docta; pleetra modis,
 Crinibus & passis ululant per prata Napae,
 Plangit Hamadryadum tristia fata, chorus.
 Praecipue sacros marens laniata capillos
 Religio largis irrigat os lachrymis.
 Et luctus timida causas mihi voce, roganti,
 Vix dignas potuit reddere, diva, novi.
 Terq; quaterq; manu, nudos percussa lacertos,
 Hos tandem querulo protulit ore sonos.
 Occidit illa suae non ultima gloria gentis,
 Occidit heu famulis clara Susanna suis.
 Carolidae magnum decus & lux altera stirpis
 Praestant facinori formae nitorq; gregis.

Occi-

Occidit illa sui solamen, & alma Mariti
 Gloria, florentis pars generosa thori.
 Quamvis ille gravi populos virtute gubernet,
 Et flectat nutu ditia regna suo:
 Quamvis perpetuis ditaret honoribus illum
 Mavors, & tribuit digna trophaea, celer.
 Coniugis attamen haec, superabat gratia; candor,
 Excellens pietas ingenuisq; pudor.
 Vos, syncerus amor viridi coniunxerat aro,
 Iunxerat & fida pectora casta fide,
 Te vivente sibi felicia secula latus
 Spondebat, maestus te moriente gemit.
 Tu poteras illum tristi relevare dolore,
 Tu curas poteras alleviare graves.
 Ergo sibi certe merito te luget ademptam,
 Chara Susanna Deo, digna Susanna polo.
 Insomnes merito queritur decedere noctes:
 Parte caret siquidem iam potiore sui.
 Vnius haud solum tua mors, sed publica rupit
 Gaudia, te lachrymans publica turba gemit.
 Obduxit peplo Regalis curia vultus,
 Obsequiis nuper Curia fida tuis.
 En pupilla cohors tristis tua funera plangit,
 Et poscit requiem manibus orba tuis.
 Ecquis enim liquit vacuus tua limina supplex?
 Quis non Diva tuam sensit egenus opem?

N

Siccine

Siccine nos subito hoc lugenti deferis orbe
 Abducens tecum gaudia cuncta simul?
 Te circum Virtus venerandos languida vultus,
 Te circum pietas luget, & alma fides.
 Stat querulis probitas humectans lumina guttis,
 Stat celebris multa laude Pudicitia.
 Has, fastiditis licuit dum vivere terris,
 Conciliare tibi maximæ cura fuit.
 Viventi fuerant grata oblectamina quondam
 Nec manes Comites deseruere, tuos.
 Hæ corpus tristem flentes comitantur ad urnam,
 Atq; animam referunt ad sacra Tempia Poli.
 Felix cælestis carpes ubi gaudia vite,
 Inter longævos connumerata pios.
 Inter & Angelicas hymnos modulabere turbas
 Hymnos, quos recinunt nocte dieq; Deo.
 Irrita iam mundi defixo gaudia rides
 Lumine, constanti pectore temnis opes.
 Sunt tibi opes, celsus latè quibus affluit ather,
 Gaudia sunt nullo præteritura die.
 Nil tibi cur tantos est inuideamus honores,
 Vtere iam partis utere Diva, bonis.
 Hic Patria, hanc lachrymis multis, gemituq; petisti,
 Hanc modo felici sorte beata tenes,
 Quid superest igitur, nisi frigida membra sepulchro
 Condamus, summo Diva futura, die.

Ergo

Ergo vale, & stricto placide requiesce cubili.

Divæ Virago vale, casta Susanna vale.

IDEM, Apollinis & novem Musarum
 Idem, Poetico elaboratum rostro, non sine singulari subiecit ar-
 tificio, inquiens:

Ultima transactæ restabat tempora vitæ,

Cum subitura Polos Diva Susanna foret.

Præpetibus veniens igitur Cyllenius alis,

Mœsta Dea passu tecta silente subit.

Illæ fero dudum graviter vexata dolore

Alitis ætherei nuncia, lata, capit.

Supremumq; vale, Mundoq; suisq; precatæ

Accipe nunc animam fide minister, ait.

Dixerat: Ille piis paret sermonibus ultro,

Suscipit & placido pignora sancta, sinu.

Qui postquam celeri cælestia templa volatu

Contigit, & statuit sede nitente, Deam.

Obvia cælestium processit turba Dearum,

Excepitq; suo mente savente, choro.

Interea valido terras crebescere luctu,

Audiit, & sumpto pectine Phæbus adest:

Phæbus adest fletum turba comitante Sororum,

Fautriciq; dedit talia metra sue:

APOLLO.

ERG O, perpetuâ SUSANNA nocte
 Circumsepta iacet, decus Sororum,

N 2

Non

Non illam vetuit mori Pietas?
Non pectus nitidum pudore casto?

CLIO.

MORtis rapaceis si fugeret manus;
Virtutis almæ Candor amabilis,
Annos Sybillinos venusta
incere digna fuit, SVSANNA.



MELPOMENE.

AH *furdis nimis auribus*
Aversata homines, Mors cito diripit,
Seu fulvis sedeant thronis,
Seu gestent manibus sceptrâ potentibus.
Seu rebus nitidi minùs
Despecti lateant sub lare paupere.

THALEIA.

MARceat quamvis violata lætho
Forma laudatæ celebris Susannæ,
Flebili quamvis tumultentur apta
Membra sepulchro.
Parte sed scandens potiore cœlos,
Splendidos Divûm celeri recessus
Mente perlustrat, radians & inter
Sydera fulget.

EUTERPE:

DVM

DVM *rapido meabunt*
In mare cursu, flumina vastum.
Dum trepido favillas
Ardens evomet Aetna Camino:
Semper honos SVSANNÆ,
Fulgebit rutilantior auro.

TERPSICHORE

DEcedet nitidis Sol prius ignibus,
Et stabit vacuus syderibus polus,
Aether alitibus, ver sine floribus
Et deserta citis æquora piscibus:
Quam laudes Cytharæ conticeant tuas:
Nostræ, te memori voce sonabimus,
Votivoq; tibi carmine maxima
Fautrix unanimes festa dicabimus.

ERATO.

INTERmixta rosis lilia suavis,
Flaventem & capiam cum violis crocum,
Et spargam tumuloserta virentia,
Et figam cineri carmen amabili:

HIC FLOS CANDIDVLVS IACET DECORIS,
HIC CASTI SPECIMEN CVBAT PVDORIS,
LOTIS CANDIDIOR SVSANNA CYGNIS.

CALLIOPE.

N 3

Flebi-

FLEbili fundam lachrymas sepulchro,
Et Patronales tumulos cupresso
Contegam sacrâ, rigidoq; sculpam
Carmina saxo:

HIC PATRONA IACET NOVEM SORORVM,
ET SYDVS NITIDVM SVS ANNA MATRVM,
Heu nunc rapta gravi SVS ANNA fato!
VRANIA.

Hanc tibi pro meritis Laurum cum carmine lingvâ.
HIC DOLOR CHARI RECVBAT MARITI,
HIC NITOR MOESTAE REQVIESCIT AVLAE.
Cui parem nobis referent futura

Tempora nunquam.

POLYHIMNIA.

POLus SVS ANNAM rutilus invidit solo,
Desideravitq; fieri Tellus suam,
Severa litem Lachesis expedit hanc,
Tellure corpus, Spiritus plaudit Polo,

Postero die, qui erat ultimus Iunii, pariter
universis Statibus sub viridario collectis, Concionem de mo-
re instituit, doctrina & eloquio excellentissimus D. Stephanus
Helopæus, Ecclesia Tallyaina Pastor ex celebratissimo illo Mosi
Oraculo: Itaq; creavit Deus hominem ad imaginem suam,
ad imaginem Dei creavit eum, marem & foeminam crea-
vit eos. Quem simul ac absolvit, Oratione subsecutus est, prae
humaniorum literarum studiis ex ædē politus, D. Georgius Csu-
lainus Collegii Alba-Iulani Rector, in hanc sententiam:

Sere-

SEReniss. ac potentiss. Sacri Romani Imperii Oratio D.
Georgii
Csulai.
Transylvaniæq; Princeps, Illustres Comites, Spectabiles ac
Magnifici Proceres, Generosi ac Egregij Nobiles, circumspecti ci-
ves, Reverendissimi Verbi Dei Praecones, Aud. omnium ordinum
honoratissimi: Infeliciter admodum cum Filius Adami compa-
ratum esse, vel ex eo animadverti potest, quod illi pristinam at-
tingere felicitatem nequeunt, ni eos, quos in vitâ charissimos ha-
buerunt, in acerbissimarum tempestate lachrymarum, & profun-
dissimo incredibilium dolorum gurgite, periclitantes, relinquan-
quant. Quod, cum ipsa humanarum rerum series, tum luculens
ex rebus deprompta experientia, tum natio vero consentaneum
esse demonstraret: verum, præteritis iis omnibus, Exemplum Se-
renissima Heroïna Susanna Caroli, in comparabilis nostra me-
moriam, Ecclesia Christi nutricis, hoc, adeo firmum ac immotum
esse ostendit, ut merito ad Antyciras sit is, ad purgandum Helle-
boro cerebrum relegandus, qui non sibi persuadeat, qui palpabili
experimenti documento ex his vestris pullis, ex his lachrymis, ex
his omnium ordinum sordibus, singultibus, non deprehendat.
Nam & ipsa, ad Deum, quem viva super omnia dilexerat, per
mortem concedere non potuit, quin vos omnes Optimates omni-
um ordinum, in vehementem concitaret fletum, inestimabili con-
ficeret dolore, & gaudia vestra inplanctum, victorias in detri-
mentum, amictum deniq; in squalorem commutarit. O sortem
humanam omnibus expositam vicissitudinibus! ô incredibilem
animi dolorem & nostro ævo propemodum inauditum! At verò,
quia non fortune temeritati, non fatuo Stoicorum Fato, verum
immortali rerum Opifici, DEO OPTIMO Maximo placuit,
ut Serenissimam hanc nostri Regni Patronam, ad cuius cohone-
standum funus ingenti hoc omnium ordinum concursu, ventum
est, nobis eriperet, & in veram piorum Patriam avocans, nos
in his terris morte eius exacerbatos, ad tempus relinqueret: Ma-

xime

ximè vellem Aud. si in tanto luctu, in communi omnium nostrum
 marore, vulnere cordium vestrorum recenti medicas possem, ad
 hibere manus, atq; novo quodam consolationis modo, afflictis
 vestris animis subvenire. Verum libenter fateor, id à me, in-
 genti vobiscum dolore circumsepto, vix impetrari posse. Si enim,
 nihil ingenij imbecillitas, nihil angustissimus vester conspectus,
 quæ duo prodeuntes quosvis in publicum, me quoq; movere so-
 lent, dictionem meam impedirent: nihilominus tamen, dum in-
 tueor, vos demisso vultu, atratos, humentibus oculis ingentem
 animorum mœsticiam, ostendere, tantoperè magnitudine doloris
 vincor, ut unde initium sumam, quo exitu dicendi finem faciam,
 non videam. Attamen ne officio, quod gratitudo postulat, Pie-
 tas requirit, Charitas Christiana juadet, merita autem demor-
 tue Heroine in Regnum, Ecclesiam, & singulos quosq; nostrum
 non modo flagitant, verum etiam iure quodam suo proprio exi-
 gunt, desim, comprimam luctum, & pro ratione presentis tem-
 poris, breviter evincam, Mortem, quam multi vulgo formida-
 bilem arbitrantur, non esse formidandam, sed ex adverso à Deo
 immortalis multis expectandam votis: Qua de re, dum exilem
 instituo dissertationem, vos Aud. quorum me in audiendo bene-
 volentia, in patientia constantia consolantur atq; animosum red-
 dunt, oro, ut exiguum hanc temporis intercapedinem æquo per-
 ferre animo dignemini. Veteres Philosophi, mortem summam
 esse felicitatem mortalibus habendam censabant, ac proinde, nihil
 in hac vita magis expetibile esse arbitrabantur, quam si anime
 soluta corporis compage, velut è carcere, in liberiores se vendi-
 cans conditionem, immortalitate fruere. Quod per mortem
 omnium miseriarum portum, adversarum fortunarum finem,
 tanquam certum quoddam ostium, consequi se posse confidebant.
 At Christianis, quorum salus non super vanas Philosophantium
 opiniones, fundata est, quorum beatitudo, non ex somnio de cam-

pis

pis Elysiis confecto, atq; ad mundanas voluptates composito, pen-
 det, maiorem mors conciliat incunditatem, eis siquidem, non
 duntaxat miseriarum finis est, sed etiam vite illius aterna, ad
 cuius perfectionem nil amplius accedere potest, cuius amœnitatem,
 dulcedinem, jucunditatem auris non audit oculus non vidit,
 Principium, Ianna, ac via quædam regia est; adeo ut illi homi-
 nes, propè ad insaniam accedant, qui mortem tantoperè detestan-
 tur, ut vel ad eius mentionem animo deficiant, ac non secus, ve-
 lut ad triste quoddam infortunium, expallescant. Solent pueri
 immatura ætatis ad conspectum larvatorum subito terreri ac ani-
 mo consternari, verum, simul ac larvas abiiciunt, pavor iste ex
 animis tenellorum evanescit: ita, cum oculos in mortem, quæ
 crucibus, tormentis, rotis, patibulis, equleis, & id genus suppli-
 ciorum diversitatibus, velut larvis quibusdam, obvelata est, conij-
 cimus, exhorrescimus, consternamur, ac velut ad caput Gorgo-
 nis obrigescimus: At si deposita larvâ, eandem proprius intuea-
 mur, naturam eius diligentius examinaverimus, statuimus, nil
 in morte esse, quod magnoperè metucendum sit. Superioribus se-
 culis, in quibus Theologi, Philosophi, Historici, Poetæ, in summa
 claruerunt frequentia, nunquam mortis nomen odiosum, nunquam
 horribile aut detestabile, apud eos maximè, qui, quid mors esset
 præclare callerent, nunquam fortibus ac piis viris, inimicum fuit.
 Ambrosius Mediolanensium Præsul, Mors (inquit) non est me-
 tuenda fortibus, desideranda sapientibus, expetenda
 pauperibus. Socrati, cum nuntiatum fuisset, ab Atheniensibus
 morti destinatum esse, non solum æquo animo funestissimum
 tulit nuntium, verum etiam, andacter cavillatus, Athenienses
 longè prius à Natura morti destinatos esse, respondit. Menander
 Comicus perpendens accurate quid post mortem mortales mane-
 ret, falsam eidem crudelitatis larvam detrahens, in hac erupe-

O

re ver-

re verba minimè dubitavit: Quid timetis mortem quietis genitricem? Baotij, cum ad Apollinis oraculum Delphos sciscitatum misissent, quodnam homini in hac vita felicissimum contingere posset, responsum est, Mortem omnibus felicitatum generibus esse, anteponendam. Salomon autem sapientissimus mortalium, cum mortem & vitam ex commodis incommodisq; suis aquâ judicij trutinâ pensitaret, multis momentis mortem vitam praponderare asserens, Laudavi (inquit) mortuos magis quam viventes. Perse, ut hanc rem firmitus suis persuaderent, mortuos purpurâ, quæ Regum triumphantum vestis erat, induere, & Lauri ramum in manus tradere solebant, felicem mortuorum statum declarantes, ut pote, à vitæ huius malitiâ liberati, in aliam pace fluentem & omnibus bonis cumulatam vitâ, deducti fuissent. At nos viventes, quid boni habemus? quid in hoc Mundi naufragio jucunditatis posidemus? quid in hoc diversorio propemodum momentaneo, voluptatis percipimus? Nautis in fluctuoso navigantibus Oceano similes omnes, toto vitæ nostræ tempore sumus: multis enim variisq; adversarum fortunarum procellis jactamur, morborum tempestatibus quatimur, animorum anxietatibus premimur, dolorum acerbitatibus affligimur, ex quibus tandem sola mors nos eripit, sola liberat, momento in veram tranquillitatem animi & corporis, collocat! O præclaram mortis jucunditatem! ô admirabiles & dulcissimos Arboris ad oculum severa, fructus! Comprimite lachrymas Audit. Quod si enim, ij, qui, are alieno oppressi, animam & corpus, coniuges & liberos creditoribus debent: à munifico quodam Patrefamilias, è duro Creditorum carcere, maledica servitute, infami opprobrio, in libertatem are persoluto, vendicantur, meritò Patrono liberalissimo congratulantur, & per omnem vitam gratias agunt. Quid de morte censemus, quæ omnibus natura debitis nos eximit? Corpus debe-

debemus terræ, animam Deo: Propter corpus, sustinemus famem, sitim, dolores, morbos, agritudines, supplicia: Propter animam anxietates, curas, sollicitudines: At Mors munifici instar Patrefamilias hæc omnia abigit momento, hæc omnia vincula abrumpit, & quosvis liberos abire, exilioq; quodam mulctatos, in patriam postliminiò reverti permittit. Sola igitur Mors est, quæ nos in pristinam asserit libertatem, mors est, quæ nos in voluptatis Paradysum introduxit: mors est, quæ ad æterna vitæ gaudia, tanquam ostium quoddam certum, intromittit. Itaq; quam jucunda est mancipio libertas, exuli Patria, suavis est captivo in carceres compacto, cæli huius conspectus, onustis quies, fessis umbra: tam jucunda nobis & suavis mors ipsa, per quam hæc omnia consequimur, esse debet. Evidens enim est stulticia & stoliditas imbecillitatis argumentum id expavescere, quod cunctis hominibus commune, & à cuius jure non solum mortales sint minimè immunes, verum etiam bestia, volucres, pisces, & omnia quæ motuum Spiritû pollent, neutiquam excipiantur: siquidem rectissime vulgus: Stultum (inquit,) est id timere quod vitare nequeas: Unde & Tullius: Natura (inquit,) nobis hic commorandi tempus, non autem permanendi locum, concessit. Considerate enim, ea lege vitæ huius stadium nos esse ingressos, ut mox ad eundem quo solvimus terminum regrediamur: perpendite, vitam hanc mutuo nobis esse accommodatam ea conditione, ut eandem Creditori retribuendam esse, semper meminerimus: Animadvertite, vitam nostram nihil aliud esse, quàm molestissimam peregrinationem, in quâ, etiamsi, longissima confecerimus itinera quiescendum tamen erit. Ergo cum homines conquiruntur aliquem mortuum esse, conquiruntur illum fuisse hominem, siquidem eadem omnes devinxit conditio: Quibus nasci contigit, mori restat. Quod si verò quispiam, tam imperi-

tus rerum aestimator esset; qui vitam morti preferret, cum ego non modo à ratione quàm homines sumus, verum etiam communi sensu abhorre, censerem: Quid enim est vita nostra? umbra in auras evanescens, fumus cito transiens, bulla momento concidens, quæ licet turgidos quosdam videatur formare gyros, mox tamen dissipatur & evanescit. Quam vite brevitatem sapientissimi quique perspectam habuerunt: Eam enim & Homerus foliis deciduis, Sophocles umbra similem putavit, Sacri autem Israelis fontes, modo florem, modo gramen, modo umbram, modo denique vaporem nuncuparunt: propterea B. Augustinus: O vita (inquit,) dum fugis nihil es, dum exultas fumus es, quæ tamen nobis propter ingentes calamitates, quibus

Herod. lib. 7. pan- nus ad Xerxem Persarum Regem, de vita humana brevitatem con- gina 390. questus, Mirum est (inquit,) quod in tam brevi vita, nullus hominum adeo felix sit neque horum neque illorum, cui non crebro, nedum semel subitura sit animo moriendi voluntas, potius quam vivendi: incidentes enim calamitates & morbi vitam perturbant, efficiuntque ut cum brevis sit, nobis tamen perlonga videatur. Etenim vita hæc ludibriorum scena est & profundum miseriarum mare, super quo, licet ex animi nostri sententia, navis vite nostræ provehat, eam tamen in varios scopulos, periculosas syrtis impingere plane necessum est: adeo, ut sapientissime Seneca: Vita (inquit) hominis si Sapientibus daretur, nunquam acciperetur. O igitur vitam infelicem! ô humanam sortem umbra fugaciorum! Transeunt mundi vanitates & nos omnes transibimus!

Quod enim olim Rex David, Iethai Gittæo, uni de Principibus suis 2. Sam. 4. dixit: Heri venisti, hodie compelleris nobiscum egredi: vers. 20. hoc ipsum mortalium conditioni appositè applicare possumus: Heri

hanc

hanc ingressi sumus vitam, hodie ex eadem, nos exire mors compellit. Nam, simul ac per unam januam, invite huius diversorium ingredimur, per alteram ad mortem properantes, egredimur; unde B. Augustinus mortem quendam esse cursum & stadium, in quo quotidie citatis gressibus ad mortem properamus, sapienter pronuntiavit, adeo ut, nec herbarum vires, nec pretiosa lapidum virtutes, nec fructuum saluberrimæ lachrymæ, nobis preteritum tempus restituere, vires reparare, vitam prolongare, possint. Galenus Hippocrates, Fernolius, alij, præstantissimi Medici, mille adversus morbos remedia, mille tuende sanitatis rationes, excogitarunt: at ad mortem evitandum nullum præceptum tradiderunt, sed ingenuè omnes confessi sunt; Contra vim mortis non crescere medicamen in hærtilis: A morte enim sine ullo discrimine Parvi, Magni tolluntur, nobiles & ignobiles diripiuntur, Pauperes ac Reges idem sub iugum mittuntur. Dic enim mihi obsecro, quis hac tempestate in Chaldaea de stirpe Nebucadnezaris? quis in Persia de Prosapia Cyri? quis in Media de familia Darij? in Grecia de genere Alexander Macedonis Regnum obtineat? Quis Roma è domo C. Iulij Caesaris, Carthagini ex posteris Annibalis, Athenis ex nepotibus Cecropis rerum potiat? interierunt, transierunt, evanuerunt! Nomine sunt solo, delevit cetera tempus! Vbi nunc superba illa imperia & Monarchia orbis? ubi tot Respublicæ florentissimæ? ubi Pyramides Aegyptiorum, Colossi, inscriptiones, arcus triumphales Romanorum? corruerunt, in cinerem abierunt, evanuerunt. Quis igitur vestram, metuit id sibi eripi, quod retineri non potest? Quis confidit illi quod juvare nequit; Neminem tantoperè è potestate mentis exiisse, arbitror. Ama mundum, absorbebit te, cum amores suos vorare norit non portare, ut doctissime Beatus Augustinus censuit. Unde ingentem esse Cosmophilorum vanitatem luce meridia-

nā clarius est; nesciunt enim, heu nesciunt, quid hac vita sit, qua mala secum trahat, quibus casibus atq; infortuniis sit obnoxia, idcirco vitam sibi eripi formidant, mortemq; ad expetibilia quavis bona januam, perhorrescunt. At vos Christiani, qui sanguine Iesu Christi tincti ac redempti estis, resumite animos, & commoda mortis semper animo volventes, eius felicitatem animadvertite, & quot quantisq; illa nos miseriis liberet, perpendite. Qua omnia, si altiori mentis vestrae indagini subieceritis, pudebit ut opinor, vos tam meticulosos in morte esse, pudebit panico quodam terrore ad memoriam eius percelli, pudebit deniq; charissimorum ex hac lachrymarum valle, transitum iniquo ferre animo, sepulchra lachrymis humectare, manes importunis fletibus beatos, laceffere; neq; enim nostros in morte amittimus, sed premittimus. Conscii huius rei fuerunt & gentiles: Nam Spartiate, toto vite tempore lugubribus induebantur vestibus, morti autem proximi sumptuosos ac propemodum Regios adhibebant amictus, ut ostenderent perpetuis dignam esse hanc vitam lachrymis, venturam autem beatitudinis summa complementum. Thraces infantibus in lucem editis lamentabantur, quod eos lachrymarum locum ingredi putarent: morientibus autem festivo cantu & singulari applaudebat leticia, quod eos omnibus illis arumnis quibus viventes obnoxii essent, eripi, & inquietis locum migraturos assumarent. Sed quid ego gentiles commemoro? Cygnus avis toto vite tempore cantum detrahat, sed ubi novissimus vita terminus illi ingruit, udis coniectus in herbis, suavissimo cantu aera permulcet, gaudens se ex hac lachrymosa vita liberari. Quamobrem, non video, cur nos homines, ratione, ad Deum immortalem omnium animalium, proximi, vehementer nos dolore conficeremus, etiam ob mortem charissimorum, & inprimis Sereniss. Susannae Caroli. Etenim, illa semen mortua est, ut quotidie mori desineret: nos quotidie morimur, & variis miseriis quatimur.

illa tutam agit vitam, extra omnem periculi aleam, nos in acie stantes, quotidie adversus Mundum, Sathanam & proprias cupiditates pugnantes, nova vulnera accipimus. Nos in exilio peregrinamur: Illa in Patria, domicilio animarū sempiterno exultat, triumphat, vivit. Ad cuius possessionē nos contendentes, caducis huius mundi bonis caelestium comparatione, contemnimus: & Apostoli illud ingeminantes: Cupio dissolvi & esse cum Christo, ad conspectum Dei creatoris adspicimus: hoc enim omnium est optimum conspectum posse videre Dei.

Cessantem ad extremum praecleara artium liberalium cognitione Clarissimus D. Franciscus Petri, unus Rectorum Gymnasii Albenis, composita de morborum acerbitate Oratione, hunc in modum excepit:

NON tacebit os meum, Sereniss. ac potentiss. Sacri Romani Imperii Transsylvanicaq; Princeps, quin maerorem publicum, ac luctum Regna Hungaria & Transsylvania inustato quodam indumentorum genere, imbuentem, eloquatur. Nam in qua tempora incidimus o immortalis rerum Arbiter Deus Optime Max: calamitate publica parum cessante, angit & exenterat nos Chilias malorum in privatis, imò in publica omnium ordinum ac Statuum conditione, quantum mutationis occasu Sereniss. Susanna Caroli accidit; quantum doloris erepta è vivis eadem, vobis omnibus conciliavit: animadvertere n' agis ex istis pullis, ex vultu omnium in terrā deiecto oculisq; penè rorantibus, quam eloqui possum. At Deus, qui ceteras adversitates mortalibus immittit, nullum etiam peculiare cuiquā privilegium de immortalitate indulgit, imò, omnes homines statuit semel mori, quo ad corpus corrumpi, à vermibus corrodi, in cinerem redigi, tamen, non sine cruce ac continuis mortalium calamitatibus illud exequi: Nunc bello, nunc morbis, nunc orbatone conjugum liberorumvè, nunc aliis plagis affligere suos consuevit. Nec quod perfectum putatur, perfectione sua in hoc mundo frui potest, quin calamitate ac morborum acerbitate, etiam virtute clarissimi, exagitentur. Qua de re, video mihi necessa-

Oratio D.
Francisci
Petri.

scm di-

rem dicendi incumbere. Quapropter vos auditores, me luctu ac
 morore obrutum, dicentem tamen de acerbitate morborum, pro
 vestra benevolentia & patientiâ incredibili benignè exaudiat.
 Malorum procellis ac variis tempestatibus exagitatum humanum
 genus, quo ruit in tantis morborum fluctibus? in quod mille ca-
 lamitates & cruces varia irruunt: calor, frigus, pestis fames,
 morbi innumeri. Quot vero morborum sunt genera, tot eorum
 dem effecta, imò plura vitam hominum labefactant, unius
 siquidem morbi in membris humanis plures sunt cruciatus, pluri-
 ma cordis suspiria, quibus animus deficit, corpus languescit. Quis
 enim ausit dicere, se nunquam gustasse, neq. gustaturum quadam
 genera morborum! Quis ex omni hominum genere posset ali-
 quos recensere immunes à periculis morborum? Credo equidem
 neminem. Si enim infinitas morborum species esset mihi integ-
 rum enumerare, esset profectò, quibus signis vitam humanam
 omnium miseriarum receptaculum esse, comprobare possem. Nam
 an non sunt morbi, Tussis, catharrus, singultus, Raucedo, Prurigo?
 sunt opinor. Hi enim varios cruciatus in membris hominum
 generant: quatuor humores exsiccant, venas obturant, os in of-
 ficio inter turbant, olfactum adimunt, manus ministerio proprio
 privant: Quibus omnibus, quid difficultius? quid molestius?
 Quia humano generi insensius dici potest? At vero ista sunt mi-
 nima morborum momenta; Si enim quippiam de maioribus mor-
 borum tempestatibus dicendum est: sunt etiam morbi gravissimi
 ac humano generi insensissimi, Dysenteria, Hydrops, Colicus,
 Epilepsia, Podagra, Cephalalgia, Febris, Astma, Angina; Qui-
 bus omnibus! imò aliis etiam morborum tormentis subiectum esse,
 miserrimum genus humanum, nemo inficias ire potest. Et sanè
 hoc non sine causa in membris humanis fieri existimandum est:
 horum enim omnium, Adami & Evæ primorum Parentum in-
 obedi-

obedientia primava quadam Genitrix est, qui maioris gloria cu-
 piditate, divinis illis donis, quibus erant induti, se & omnem,
 posteritatem, orbarunt. Heu statum deploratissimum, ex quo,
 tanquam fonte turbidissimo, tot calamitates, tot corporis cruciatus
 ebulliunt! Philosophi proximas duntaxat causas enumerant, easq.
 vel in hominis excessu aut negligentia, vel in astris, vel in tem-
 peramentorum aut Elementorum constitutione, esse aut humant:
 Nam, quemadmodum (inquiunt,) Lucerna, si oleo paulatim
 careat, primò obscuratur, mòx lumen planè deficiente oleo, amittit:
 Sic naturalis calor, si morbo accerlerante deficiat, humana membra
 non solum marcescunt, verum etiam Spiritus vitales amittunt. Ve-
 rum enim verò mali Spiritus, postquàm ex superbia peccarunt, è Cælo
 deturbati primos nostros parentes circumventientes, in peccatum
 per peccatum, in calamitates per calamitates, in morbum per mor-
 bum, in mortem per mortem, precipitarunt. Male ergò olim
 Manichæi duos Deos finxerunt bonum & malum, ab hoc pecca-
 tum & mortem, ab illo bona provenire dicentes, cum Diabolus,
 Creatura Dei quo ad substantiam, sit causa Principalis peccati,
 peccatum morborum omnium, adeo, ut meritò dixerit Salvator
 in Evangelio: Diabolum esse mendacem ac homicidam ab initio.
 Quapropter, si peccatum est in hominibus, ergò omnes morbi: si
 peccatum, ergò omnes calamitates, si peccatum ergò omnes miserie,
 si peccatū ergò Mundi furia, in quibus omnibus, nemo unquam tan-
 to studio voluptates corporis consecutus est, qui non fuisset periclita-
 tus, nemo unquam tam religiose Deum coluit: nemo tam acri studio
 propaganda veræ de Deo doctrina, flagravat, nemo tanta pietate
 constitutis horis exercitio sanctarum precum, vacavit, qui non
 morborum acerbitate fuisset conflictatus. Quid enim de sanctis Pa-
 tribus in veteri Testamento dicemus? An non morborum gravi-
 tatem gustaverunt? an non sunt experti varios corporis cruciatus?

Isachus ille senex oculorum lumine captus, varias oculorum per-
peffiones sustinuit; Filium Iacobum Patriarcham lumbis graviter
afflictum fuisse, Scriptura pronunciat: Homo secundum cor Dei
David, quid de gravitate morborum suorum dicit? Non est
 Psal. 38. *sanitas (inquit,) in carne mea, non est pax ossibus meis,*
putruerunt & corrupta sunt vulnera mea, afflictus sum &
& confusus valde. Patientissimus Iobus, inter gravissimas mor-
borum afflictiones, multos sustinuit cruciatus, à planta pedis usq;
ad verticem capitis ulceribus scatens, merito illud expressit: Ho-
mo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur
multis miseriis. Sanctissimus Rex Ezechias idem passus legi-
tur & alii quam plurimi sancti Dei homines. ò igitur morborum
acerbitatem! ò calamitatum gravitatem! quæ tot sanctissimo-
rum Patrum, tot Patriarcharum vitam mæstissimo ducis filo:
corpora affligis dolore. Tu siquidem omnia depascis, ita ut omnia
membra doleant, cor palpitet, caput doleat, stomachus turgescat,
pulmo vix respiret, oculi caligent, manus tremant, pedes friges-
cant. ò rem deplorandam! ò miserrimam nostram sortem! verè
sumus circumdati morborum cruciatibus! Aristoteles olim dixisse
fertur, morbum nobis esse molestum, quia in nobis nihil habet
domesticum, sed est penitus alienus. Propterea Homerus vo-
 Iliad. 4. *cat pestilentiam, sagittam, in castra olim Græcorum ab Apolline*
missam, hodie verò non solum in Græcorum castris, sed passim à
Deo omnium authore sagittæ instar omnibus hominum generibus,
immittitur: non curat sexum, non ætatem, aqualiter in omnes
homines virus exerit suum. Interim vestra pace dixerim, mor-
 Act. 14. *bis est quidem præcursor mortis, sed etiam Prodromus salutis,*
 vers. 22. *adèò ut non inconcinne Apostolus asseruerit: Per multas tri-*
bulationes oportere nos ingredi in regnum cælorum.
Sed ut Orationis meæ vela contraham tempus interpellat, & ser-

monem

monem ad piè defunctam Sereniss. Susannam Caroli Patronam
mibi benignissimam convertam, occasio invitat. Hæc profectò
omnes ferè morborum cruciatus perpessa est, per integrum trien-
nium continuis conflictata fuit morbis, laboravit Cephalalgia per
tres Hebdomadas, fluxus eam super faciem crebrò deformavit:
Cardialgia omnes vires exhausit, tandem suffocatio cordis finem
vite imposuit. In quibus tamen omnibus morbis patienter se gessit,
patientiamq; suam & extremo vitæ termino, & in ipsa morbo-
rum tempestate adèò declaravit, ut jures, eam affectum ab ipsa
patientia, vel exemplo familiari patientia Iob, mutuata fuisse.
O animam patientissimam! ò Matrem matrum, Patronam Pa-
tronarum, & decus, & in patientia exemplum, & in virtute,
& pietate ab omnibus per omne ævum imitandam Heroïnam!
Sed te compellendi finem facio, & quemadmodum mediis in pre-
cibus non es mortua, sed obdormivisti, ita in vita beata, ne dor-
mito, sed letare, ibi enim est dies æternus, est certa securitas &
secura æternitas, æterna tranquillitas, & tranquilla felicitas, fe-
lix suavitas, & suavis incunditas.

VEnère tandem Calend. Quinct. acerba,

omnium enim oculi in lachrymas dispositi, universorum
ordinum habitus in nigrorem conversi, non mediocriter argue-
bant, dici istius non summam solum infelicitatem sed supremam
etiam acerbitatem. Fit frequentissimus in Curiam concursus. Pa-
trio autem ritu, simul ac vocalis exaudita fuit Musica, suggestum
conscendit Reverendiss. ac disertissimus D. Ioannes Kesperii Super-
intendens, qui ubi elegantissimum ex Apostolica valedictione:
(Quod reliquum est, fratres, gaudete, compingimini 2 Corint.
consolatione fruimini, idem sapite, in pace agite, & Deus 13. v. 11.
charitatis ac pacis erit vobiscum,) instituiset sermonem,

laudes Heroine pertexere, ac ultima morientis verba, ex Syngrapha ad maiorem apud mortales fidem consequendam recitare, occipit: fusa sunt ab omnibus fere lachrymae, Matronae & virgines honorariae lamentis ac creberrimis singultibus concionem opplere, atq; omnis propemodum ordo in fletum resolutus, vix modum dolori imponere, vix pristinos recolligere Spiritus facultatem habebat. Cessantem, soluta subsecutus est oratione, singulari eruditione, & commendatissima morum probitate clarissimus Dn. Stephanus Ghelei, Aulicus Serenissimi Principis concionator in hac verba erumpens: de quo alibi. Cui diserte finienti, Heroico successit carmine Iuvenis praeclara expectationis Stephanus Kőrösi pro tempore Scholae Enyedinae Rector, in hanc sententiam:

Oratio
Stephani
Ghelei.

Carmen
Stephani
Kőrösi.

CAROLIS, estne tuos quae nunc celebraret honores
Ingenii virtus? aut possit reddita Musam
Gloria per nostram, venturo temporis usu,
Ad seros, tua, dignum etenim, transire nepotes?
Noscere vel celebres nostris gens ultima terris
Virtutes? intacta tuum nomenq; decusq;
Perlegere aut Virgo, tandem quae accensa sequendi
Ardore, aethereas mirata per omnia vires
Tolleret astriferi te celsum ad culmen olympi?
Magnanimum claris, fateor sunt carmina factis
Nata celebrandis Heroum, mascula virtus
Astra quibus pulsata, se seq; Deum indit honori.
Mœret at ad cineres, inculta Poëtria nobis
Calliope, doctamq; manu proiecit amicâ,

Tristi

Tristi mente Chelym, Phoebus quoq; pestine dulci
Abstulit, Charites nostros liquere penates,
(Infandum) Diva: nec Cynthia excitat Orpheum
Orpheum, qui Elysiis nycteam revocavit ab oris
Eurydicen, habilem fallens per pollicis ictum
Threiciis doctè modulato carmine chordis
Numina magna Stygis. Tantis virtutibus impar
Attamen an celebres tentemne intrare canendo
Reginae laudes lucemq; apponere luci,
Aut genus aeternum mirari, quodq; beatas
Inter prima sedes caelo, virtutis alumnas?
Absit ut his lachrymis maneat tua facta gementum
Obruta, virtutes aut unica deleat hora,
Nam genus & clarum decorat quae stemma Parentum
Foemina, cui Pietas curae est, Clementia, Candor,
Mens humilis, casta mentis prudentia, linguae
Temperies toto quam reddidit orbe coruscum,
Pulchrum est cunctorum memori committere menti.
Tu modo, crescentem vultu Regina, Sereno
Respicias vatem, lachrymasq; inhibeto fluentes
Calliopes, tenui ut modulatur arundine nomen
Ipsa tuum, tibi tantum etenim super esse vigorem
Post pia fata scio: si non me caeca fefellit
Mens, aut felliciti si non delusit imago
Sensus, ad tacitae splendentia sidera noctis,

P 3

His

His oculis siquidem nuper tua Numina vidi
 Aethere sub puro, Phoeben radiare bicornem:
 Namq; infestari Patronam sapè periculis
 Viderat ipse novis, Rerum moderator, & agris
 Vexari assidue morbis, formosa minaci
 Colla fluore premi, faciem sanieq; feraq;
 Tabe, nec ut melior membrorum cura veniret;
 Indoluit tandem Divosq; affatus amicè est.

Ergone in mundo tantos tolerare labores
 Mortales decuit? nec tot praelustria facta
 Absolvisse iuvat, miseros parvisse benignè
 Et rexisse, diu populos in pace quietos
 Ut deserti egram cogantur ducere vitam
 Aut dire tandem videri succumbere morti?
 At vos Carolidis Divi nunc pergite mentem
 Tot miserae ereptam vitæ de cladibus, alto
 Ossa licet condantur humo, traducere cælo.
 Est clari generis, clarae virtutis, & orbe
 Nos colit, en ad nos omnes adspirat in horas,
 Huic ego vel solium nequeo sublime negare
 Hocce meum, sceptrumq; potens, quo legibus orbem
 Tempero, & angustas naturæ torqueo habenas.
 Jussa Dei faciunt: Mens ad Cælum inclyta fertur.
 Nec mirum. Divis superis in sedibus equi
 Sunt & idem Nectar potant, dulciq; fruuntur

Ambro-

Ambrosiâ, quorum generis stat Iuppiter author,
 Sive immortales Divi quos semper amarunt,
 Seu propriæ virtutis honos ad sidera vexit.
 Tu Regina genus sancto num è sanguine Divum
 Accipias, habeasne Iovem tibi semper amatum,
 Ingenita virtutis honos aut tene Deabus
 Miscuerit celsis, equidem me firma coëgit
 Sæpe fides, talem de te benè credere sortem.
 Quid mœrorem antiquam summa virtute nitentum
 Carolidum stirpem? quæ tot praelustribus ornat
 Laudibus, æternum nunquam casura, priorum
 Stemmata? Quid belli rara virtute secundi
 Arma Patris? quem tot Mavortis praelia dire
 Extulere, & merita toties insignia palmæ
 Aequavere Diis, sed & aequavere Deabus
 Inclyta maternam laudis præconia stirpem.
 O Regina, pîi generis cui Iuppiter author
 Atque Deæ: tales superi mortalibus ipsis
 Abripuere, quibus dexter Iovis oculus alti
 Affulsit vultus, quos non torpescere sinit
 Mascula in obscuro numerantes tempora, virtus.
 Transtulit ad superos Alciden grande laborum
 Pondus, ab Iliacis Erepti cladibus atq;
 Per mare, per Syrtes, per tot discrimina belli
 Italia petiere sacros virtute penates,

Et caput

Et caput Aeneam Romana gentis, honesta
 Virtus Dis similem fecit: sua gloria quemq;
 Extulit, illustris sic te Regina Deabus
 Aethereis similem Virtus amplissima fecit.
 Viva coruscabas quâ, tanquam Luna minora
 Inter signa Poli, reliquas sic tu superabas
 Gratiâ & affectu placabilis, Heroinas.
 Sed magis à sancta laudem pietate petisti,
 Illa tue fuerat vite pars prima peractæ,
 Altera quod meritis ô sancta Ecclesia, servos
 Hæc fovit Christi. Quis nunc est pauper? egenus?
 Quem non parvisset largissima dextra SVSANNÆ?
 Quis nudus? quem non telis quas fecerat alma
 Artifica Regina manû vestivit, at omnes
 Quæ superat dotes, socialis florida lecti
 Virtus, usq; suum dum duceret aura vigorem,
 Hæc Regis thalamos coluit sine labe Mariti,
 Frugalisq; boni parti cultrix, nec abyssus,
 Casta decora fuit, castas est inter amicas
 Et mentes omni peccati labe carentes.
 Est illic Regina poli, sunt turba Dearum,
 Sara virum verbis quæ nunquam offendit Abramum,
 Et binis uterum natis dignata, Rebecca,
 Est Meraris, querula est Helcana coniuge coniunx,
 Helisabe mater vatis, baptisinate sacro

Qui

Qui populos tinxit primus, primusq; salutem
 Ostendit Mundi? celeres sunt atq; Ministri
 Aligerum, numerosa manus; Ventura timentur
 Non hic fata, ferox non hostis territat urbes
 Mæror edax nunquam, nunquam vexatio cordis,
 Aut dolor, aut sæva facies fœdissima pestis.
 Sed semper sanctæ pacis pia gaudia florent,
 Vitaq; perpetuo servant quam secula fluxu.
 Est lux, sunt rivi placidi, sunt littora odora
 Frondosumq; nemus, quo nullo tempore cessant
 Vere virere novo frondes, est copia rerum
 Mens humana capit quam non, licet illa sagaci
 Plurima percurrat sensu, variasq; novarum
 Ambiguâ rerum comprehendat imagine formas.
 Aurea scamna jacent claris onerata Smaragdis,
 Et quæ mille senes positi longo ordine complent,
 Alta domus latè rutilanti Jaspide fulget
 Aurea tecta micant, precioso marmore splendet
 Luxurians opibus paries, totusq; melodit
 Mille senum juvenumq; chorus concentibus aras
 Agni ad conspectum. Quis non habitare velit hæc
 Sedes, isq; malis plenum postponere Mundum.
 Quæ tibi mens, sensus qui nunc, Regina periclis
 Orbis ab innumeris, erepta piissima tandem?
 Dum fragilis ponis redimicula corporis agra,

O

Et dum

Et dum per liquidum splendentibus aëra, ventis
 Transis per Volucres cœli orbes, aurea olympi
 Tecta ad, quæ potior mansit sententia mentem?
 Hic tibi prima patent duo pignora dulcia lecti
 Consocialis, qui dudum te invisere gaudent.
 Inde Patrûm. Matrûmq; vides juvenumq; senûmq;
 Innumeram turbam; Nuper traducta Mariti
 Unica spes Stephani Bethlen, fidissima consors,
 Clara decus generis, splendentis gloria stirpis
 Chakiadum Christina, fovens amplexibus illic
 Ut casum admirata novum, te læta salutat,
 Et roseo gaudens Voces has fundit ab ore.
 O Regina meos semper solata dolores,
 Cum nimis infirmas mortis lassantia morbo,
 Spicula lethifero premerent mihi corporis artus.
 O mihi per terras & vitâ dulcior ipsa!
 Quod Divus miseris mortalibus abstulit, & te
 Orbavit Patriam; solamen dulce Maritus
 Ille Deum Virtus, meritò Patriæq; vocandus
 Spes, Pater & fulchrum, sanctæ pietatis amicus,
 Inter curarum, duos belliq; labores
 Iam quid habet? requies populi quæ? Mater egenis
 Successitne tibi similis? Virtutibus amplis
 Tu quia perpetuam laudem, meritûq; stuporem
 Inter cœlicos, (ut iam mihi constat ovanti)
 Insignem peperisti: igitur tu prima tenebis

Sedes,

Sedes, quas claris genere & virtutibus altis
 Ille Pater rerum, certo moderamine donat.
 Cui sic & Natos, & fidam mente serenâ
 Chakiadam, alternis complexa amplexibus, ore
 Respondet placido: Nobis si Iuppiter annos
 Millenos etiam vitâ numerare dedisset
 Invisa saturis; at non mihi gratius esset
 Vivere, quam tecum, charisq; parentibus, immò
 Ipso Patre Deum: valeant fallacia Mundi
 Munera jam cedant gemmæ, Phrygiæq; saluti
 Vestes, orbis opes vanae, nam nonne caduca
 Omnia sunt Mundo? si quo virtutis honore
 Floruimus, Deus ipse dedit: sua munera quanto
 Exornet dono novit, qua sede morentur
 Ipse tenet pretiosa sui nam muneris isthic
 Organa: sed quoties Divum testata querebar
 Eriperer Mundi maculis purgata molestis,
 Et mihi sic tandem requies optata veniret
 Corporis infirmi duro sub pondere fessæ.

At ego, nec lachrymis, numeris nec talibus ultra
 Sollicito Regina tuos post funera manes
 Non truce Parcarum cecidisti falce, sed ipsæ
 Te duxere Deæ, fuerat sententia quarum
 Illa diu. Quam non violat fugitiva cadentium
 Hæc rerum series, fiet non irrita seculi

L²

Vilius

Vllius hac cursu; Mundo super esse iuravit
 Te, dum Sancta doces præclara semina laudis:
 Dumq; Deo gratas reddis cum coniuge dotes.
 Ibis at in cælum, quò large talibus usa
 Muneribus, dignam generi, dignamq; serena
 Maiestate feras laudem, Virtutibus addas
 Præmia; Tu Divûmq; dapes Nectarq; perenne
 Accipias, etiam semper tua nomina lato
 Clarecant Mundo. Veniam dignare tenellæ
 Musæ, quæ coluit tenui nunc carmine laudes
 Hasce tuas. In humata solo nos corpora tristi
 Credimus. At Populus. Quò nos Regina rilinguis
 Orbatos? nobis Mater tu, sedula Nutrix,
 Tu vestis, tu victus eras, ô Vivere longum
 Digna! Iovis Regno mulier dignissima puro!
 Obscuret tibi quis meritas per secula laudes
 Iam Ventura? suo nec narret facta nepoti?
 Non nisi Sacrilegus. Tua mollitè ossa quiescant
 In Tumulo, illæsumq; fiet tibi labe sepulchrum.

Absolventem, liberiori oratione propinquius
 Castrum doloris accedens, subsecutus est, Nobilis quidam cui Mar-
 tino Szombathelio nomen erat, qui copiam orationis suæ mihi dene-
 gavit, dixit tamen ex tempore ad paucorum circumstantium au-
 res sub missa voce, & absolvit in tempore. Deinde funus, in-
 ter frequentes Campanarum pulsus, & cantilenarum sonitus, ab

Equi-

Equitibus magno loco natis per manus efferri ex aula captum est,
 quod cum portam Principalis excessisset Curia, rursus ante val-
 vas Basilicæ D. Michaelis Archangeli, sub viridario, in castro
 doloris idoneo loco erecto depositum est. Successit viridario Prin-
 ceptis cum universa optimatum, Equitum peditumq; manu, mul-
 tudo autem promiscua circumfusa, plateam omnem complevit.
 Vbi suggestum conscendens summæ authoritatis ac doctrinæ Dn.
 Iosephus Gõnci, Superintendens Ecclesiarum cis Tybiscanarum gra-
 vissimus, concionem exactissime elaboratam ex illo Ezechielis
 (Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderium oculorum Ezech. 14.
 tuorum plagâ, sed ne plangito, neq; flecto, neq; prodeun-
 to lachrymæ tuæ) instituit: Cesantem autem Oratione con-
 solatoria subsecutus est Caspar Boithi, in hæc verba:

Serenissime Sacri Romani imperii Transsyl-
 vaniaq; Princeps, partium Regni Hungaria Dn. Sicularum Oratio D.
 Comes Opolia Ratiboriaq; Dux, &c. Dn. D. mihi naturaliter cle- Casparrs
 mentissime: Illustrissimi, Illustres, Spectabiles, Magnifici Dn. D. Boithi.
 Principes, Comites, Legati, Barones, Generosi, Egregii, pruden-
 tiss. ampliss. Dn. Proceres, Nobiles, Civium Magistri, Reveren-
 diss. Reverendi in Christo Patres ac Fratres Ecclesiarum Dei mo-
 deratores vigilantissimi: Vosq; Equites peditesq; fortissimi, Aud.
 omnium Ordinum & atatum Spectatissimi. Dolorem nunquam
 tam acerbum contingere posse, à primis Adolescentiæ meæ tem-
 poribus persuasum habui, qui brevi interiecto spatio, robustam
 hominis atatem consumeret, aut quem longinquitas temporis non
 minueret, atq; emolliret, in eo tamen, à quo, non unius duntaxat
 familia, verum omnium nostrum, Nobilitatis huius florentissimæ
 Regni patrii, Reipub. Christiana incolumitas, reciproco quodam
 nexu dependet, non diffiteor exigui etiam momenti dolorem, cum

23

qua-

dam animi acerbitate coniunctum. summum conciliare posse detrimentum, Natura enim, alma rerum genitrix, cum purissimis Heroicorum corporum venis, sanguinem spiritu subtili, motuq; propemodum igneo imbutum, à corde veluti fonte originem sortiente, inseverit, vel brevi temporis intercapedine, evidentissimum supervenire discrimen, si cor dolore compressum, scaturiginem motus ad vitam efficacissimam denegaverit, nemini dubium aut obscurum esse potest. Nihil igitur à nobis magis optandum, nihil alacrioribus à Deo immortalis efflagitandum votis, nihil populo Pannonico salutaris, nihil Ecclesie Dei commodius, nihil denique vobis omnibus jucundius esse potest, quam si Serenissimus Princeps, seposito dolore, quem non mediocre ex obitu Heroine, gloriose recordationis Susannæ Caroli concepit, consolationes Christiano Philosophicis quamprimum admittat, pulsissq; curarum atq; animi anxietatum nebulis, pristinam cordis serenitatem, laticiam, festos post tot secundarum victoriarum laurus agitando dies, reasumat pariter ac recolligat. Neminem enim verò vestrum esse censeo, qui concursus ac frequentia huius exequialis, duos non confiteatur esse fines; alterum, ut iusta Serenissimæ & benedictæ memoriæ Heroine, rite persolvendo, Prosis, Rhythmis, laudibus, neniis, concionibus funebribus, gravissimis cordium suspiriis, lachrymis acerbissimis, lugubribus omnis ordo amictus vestibus, Phœtreum & religiosissimum circumstans tumultum, condecoraret: alterum, ut consternatos tanto omnium bonorum, Reipublicæq; universæ dispendio animos, maxime autem Serenissimi Celsissimiq; Principis Dn. nobis clementissimi, inopinato percussam dolore charum cor, reficeret, atq; instar Medici experientissimi, primum, acerbam, mox dulcissimam patienti exhibentis potionem, prudentissimè ac devotissimè recrearet. Indecorum verò esse

vide-

videretur, nni horum ad deliquium usq; animi indulgisse, alterum autem aversari, aut exiguam oportunitatis usuram eidem attribuere nolle.

Luximus satis Aud. indulgissimus lachrymis ad ravim, deiecimus oculos in terram diutissime, pullis omnes induti laciniis cunctum doloris & mœsticiæ squalorem, jejunium, cilicia per tulimus, laudes, conciones, suspiria, neniis, lamentationes, lachrymas etiam affatim fudimus, nihil eorum, quæ ad gloriosissimam celsissimæ Heroine sepulturam fecissent, reliquifecimus: nunc superest, ut nos ex tam profundissima mœroris voragine recolligamus, & post acceptam hanc publicam calamitatem, consolationis auras admittamus. Quis enim, obsecro, vulnere affectorum non quæsit chirurgum? Quis agrotantium non admisit Medicum? Quis Iliacorum aut Podagricorum non cupivit medicinam? Quis Naufragorum non appetivit salutem? Quis quolibet in casu periclitantium, non quæsit effugium? Nemo. Adèò, omnibus divino quodam naturæ instinctu insitum est ad sui conservationem tendere! Quis igitur etiam esset aut esse posset, tam Adamantino præditus corde, qui accepto dolore à quo naturâ abhorremus? Nemo, posthominum memoriam, tam effreni laboravit inscitia, opinor Princeps Serenissime qui gaudium dolori, laticiam lachrymis, tranquillitatem anxietati, securitatem pavori, jucunditatem acerbitati, dulcedinem deniq; amarori in omni vita non prætullisset. Quamobrem, patere Princeps clementissime tecum agi rationibus consolatoriis, patere voces clientuli tui medicas, patere manus non difficiles, patere deniq; linguam istâ, si qua in dicendo libertate pollet, efferre ea, quæ cor intus sentit benignissimo ac clementissimo vultu. Quod si mihi à maiestate vestra tribui, concediq; sentiam, perficiam profecto, ut hi vultus, hæc ora,

hi oculi

hi oculi lachrymis omnes madentes; horum omnium pectora maestitia Tyrannide constricta, pristinam serenitatem, gaudium atque splendorem, postliminio quasi, recuperent ac recolligant. Nam quò ad longissimè potest mens mea respicere, & prateriti temporis memoriam recordari ultimam, video omnia, fatali necessitati tantoperè esse subiecta, ut si dolendum propter inevitabiles mali huius censuras esset, nullum dari posset temporis momentum, nullum ætatis discrimen, nullum lætitiæ voluptatisque intersticiū, quod amarissimus replendum non esset lachrymis: Cum enim omni tempore, omni ætate, in medio rerum tam secundarum quam adversarum, fors hæc, clandestinâ apertaque, ferocia nobis insidietur, miserrimi omnium animalium essemus, si consolationum Pannopliam animique fortitudinem posthaberemus. Nam, ut milites ad pugnam inutiles, audito hostis adventu expallescunt, trepidant, & abiectis scutis, gladiis, palentes & sine ordine castris excedunt: ita nobis ultra Sauromatas & glaciale Oceanum fugiendum esset, si ad nuntium mortis animum despondentes, remissis manibus præ morore obrigescerent, solatio fortitudinisque non obsisteremus. Rumorem mortis, summi vitæ humanæ hostis audivisti Princeps Serenis. dum Consortem charissimam ex hac lachrymarum valle evocari vidisti: Quid? expalluisti ad rumusculum? formidasti præsentem Heroine præclara somnum? abiicisti animi fortitudinem? Nequaquam verò. Tantoperè siquidem fortitudo illa Heroica, quæ generosissimum ac verè regium illud pectus sedem sibi delegit, timorem contemnit, tantoperè magnanimitas illa Pannonica, non solum formidini verum etiam dolori omni reluctatur, ut nullum animi mutati signum, nullum lingvæ tremorem, nullum oculorum, oris vultusque mutationem, etiam in præsentissimo rerum omnium discrimine admittat. Quis enim nescit, te ita natum, educatum & institutum esse, ut nihil nisi generosum

& for-

& fortissimo Principe dignum, ex vultu illo, tam in omnes fortune vicissitudines præsentissimo, expectari possit? Quis nescit, te à primo ætatis primordio, in castris, inter Martis alumnos, inter sonitus buccinarum, Tympanorum pulsus, tormentorum bellorum crepitus, latissimam semper exporrexisse frontem, nec tibi ipsi duntaxat, quod ex symbolo, excellentissimo Heroe dignissimo STIMVLOS DEDIT AEMVLA VIRTVS dignoscitur, verum cæteris etiam commilitonibus auctorem semper fuisse, ut potiori virtutis, quam doloris timorisque habita ratione, id unice intenderent, ut aut fortissimè pugnantes viriliter occumberent, aut gloriosam de hostibus victoriam reportarent? Quis nescit, te toties in acie versatum, optimi militis & fortissimi Imperatoris munus sustinuisse? Quis denique fortitudinis tuæ exempla vel Tulliano referre posset eloquio? Fuit tempus equidem, Serenis. Princeps, his omnibus attestantibus, quo, tu nec ad conspectum hostilium exercituum, nec ad præsentiam variorum mortis generum, nec ad concursum collatis utrinque signis dimicantium, nec ad fulmina hostilium machinarum, ne dum ad rumusculum expallesceres dolores, aut unico ingemisceres singultu. Quid enim in conflictu illo, hostibus luctuosissimo, tibi autem & populo Pannonico gloriosissimo ad Gutham, (Prætereo enim innumera virtutis tuæ monumenta,) pectus illud verè Regium, cæteris penè attonitis agebat? quo loco mens & cogitatio tua subtilissima versabantur? qualiter pedes, manus, oculi, lingua ministerio suo fungebantur? Pectus profecto rei præclare gerendæ latissimam arripens occasionem, gestiebat, subsiliebat, exultabat, ad viriutem concitabat, ad immortalitatem posthabita mortis formidine, reiectisque hostium machinationibus invitabat, dolorem ita comprimebat, ut non ad prælium, sed ad lætissimum proficisci convivium, visus fueris, mens castra hostium dissipabat, aggeres eorum depopulaba-

tur, atq; fortalitium ad Pontem pedite firmissimo, roboratum, expugnabat, pedes equo generosissimo, quindecim per horarum spatium Cataphracti inhærebant, manus ad cadem exsertæ, romphæa terribiles remicabant, oculi vigilantissimi hostium cohortes observabant, facundissima autem lingua, Paterna ac verè Christiana oratione, Equites Peditesq; Pannonicos, pro suscepta Patria iuriumq; libertate, ad pugnam hortabatur atq; inflamabat. Ea propter: si in tam præsentis rerum omnium discrimine, in quo pes cum pede, vir cum viro conferebatur, pilorum myriades maiorum pariter & minorum in te torquebantur, bellicosissima Europa nationes, Itali, Hispani, Galli, Germani, adversus tuum exercitum, imò illuvies ipsa aquæ Nitriana depugnabat, nullum doloris signum in vultu illo Heroico animadvertēbatur: Si etiam tempore eo, quo exercitus noster ad Prucchum & Lantsër ferè oppressus, fortissimos aliquot Procures amisit, præsentissimam animi fortitudinem ostendisti: si etiam adversis præclarissimorum atq; illustrissimorum Comitum casibus, Sigismundi Rakoci, Francisci Rhedei, Emerici Turzo, quorum memoria sit in æternâ benedictione, constantem animum retinuisti: si deniq; tum, cum hostilis exercitus, undarum in morem, cum nonnullis Rebellium Ductoribus cervicibus nostris inhærent, ne latum quidem unguem ab innata generosi animi magnitudine recessisti: Quid est? quod mortem Susanna placidissimam, quæ vitâ ipsâ longè melior est, tantoperè dolores? Optandum (fateor equidem,) fuerat, Princeps Sereniss. ut tibi faustissima uxor Heroïna hæc spectatissima, diutissime pari passu correignasset: verum neq; invitendum eidem est, si mortalibus depositis exuviis, immortales illas sanguine Salvatoris dealbatas vestes induit; si terrena domicilia relinquens, æternum sanctorum consortium adiit, si caducâ hanc spernens vitam, in sempiternam quietem concessit, si mundi huius fragiles contem-

nens

nens opes, non perituras in cælo quæsit opes: si deniq; te Principem florentissimum, Maritum quidem charissimum, in hac miseriarum valle, tot curis implicitum deserens Christi Sponsi, cui in Sacro Bap̄tismate iamdudum desponsata fuerat, Angelorum, cæterorumq; Sanctorum Consortio iuncta, sempiterno gaudio, Nectari & omni Ambrosiâ anteponendo, fruitur. Tametsi enim in rebus, (quod dicitur,) adversis, facile sit omnibus contemnere vitam, optimè tamen Maiestas vestra novit Heroïnam hanc piissimam, non in summis duntaxat corporis perpeffionibus, sed in ipso etiam ætatis flore, in medio rerum secundarum, in summa non solum honorum omnium, verum etiam honorum Titulorumq; affluentia, cælestia semper cogitasse, ad immortalitatem aspirasse, ad pristinam in Protoplaste delatam integritatem contendisse: Hinc illi constantissima fructus quos in vitâ edere solebat dulcissimi, Concionum ex verbo Dei habiturum frequentissimus auditus, cor ad ignem Sacrarum literarum careum & flexibile: lachryma & singultus ob peccata populi, quæ diutim ex invec̄tivis clarissimorum Theologorum Ioannis Késérui, Stephani Melotani, Stephani Ghelei, cæterorumq; voluntatis divinæ ebuccinatorum cognoscebat assidui, bona illa opera, afflictis Pauperibus, derelictis viduis, egenis captivis, omniumq; ordinum ad eam confuzientium hominibus largissimè erogata, hinc relligiosa illa agrotantium visitatio, Templorum, vetustate vel hostilibus incendiis collapsorum restauratio, Ministerij cultusq; divini Restitutio: ob quam largissimos profundendo sumptus immensum luctum perpetuumq; sui desiderium, his omnibus Sacrarum prophanarumq; literarum Studiosis reliquit, quos aut in publicis Gymnasis rebus ad victum & amictum necessariis benignissimè aluit, aut verò in remotissimis regionibus, doctissimis artium Professoribus, à re pecuniaria

R 3

omnes

omnes instructos, erudiendos commendavit. O mulieris pietatem incredibilem & ante hanc, inauditam ingenii mansuetudinem! ancillata est Principissa pauperibus, servavit tanta maiestas subditis, tulit opem Heroïna potentissima iis, quos nusquam noverat! Putasne Princeps Clementissime, (dicam enim coram te Heroë sapientissimo quod res est,) putasne inquam Susannam Piissimam, pro sapie antiquitati, Principatui, Reginali titulo, honori omni, opibus, Gemmis, Margaritis preciosis, aureis argenteisq; suppellectilibus, humilitatem ac devotionem illam preferre potuisse, si caducis mortalium rerum emolumentis mentem intentam habuisset? putasne eam auditum verbi Dei non frequenter negligere potuisse, si Mundi Syrenarum instar cantillantis, blandis illecebris dedita fuisset? putasne gemitus & lachrymas eam fundere potuisse, si & sua & aliorum peccata, non integro corde doluisset? putasne deniq; eam tot operibus bonis manum admoveere potuisse, si opes in cælo perseveraturas animo verè Christiano querere non intendisset? Nequaquam putandum Princeps Sereniss. Ecce enim ex certa experientia, omnes illas mulieres, quæ seculi huius vanitatibus plus iusto tribuunt, deprehendimus non solum illiberales & religionis contemptrices, verum etiã impense avaras, crudeles, acerbissimas laboris miserrimæ plebis exaëtrices: in quibus superbia humilitatem præsumptio modestiam, illiberalitas beneficentiam, crudelitas misericordiam, iniusticia veritatem, prophanitas Religionem, Luxus Parsimoniam, supersticio verbum Dei, mala denique quævis opera generosos fidei fructus, longissimis post se se relinquunt parasangis. Hanc verò celebritas familie, opes, honores, tituli, fortune secunda flatus, quæ multas singillatim à tramite modestia & humilitatis abduxissent; conjunctæ ad maiorem provocarunt humilitatem, maioremq; demissionem animo eius religiosissimo instillarunt. Tanto affectu, eter-

num beatarum animarum politeuma conscendere anhelavit: Quod si igitur desiderii per totam vitam sperati, momentaneo mortis ictu compos effecta integritatem, quam quasivit, adeptæ est, immortales, quas cumularit opes consequuta est, gaudium Angelorum, quod unicè cupivit, ingressa est, cæleste domicilium non manu factum, quod semper in ore habuit, triumphans inveccta est, nosne gloriam istam dolore nostro præpostero obscurabimus? nosne desiderium Heroïna piissimæ lachrymis intempestivis interturbabimus? nosne squalore lugubri triumphum tam gloriosum, quem de Mundi voluptatibus, Diaboli corporisq; technis reportavit deformabimus? Invidorum est Sereniss. Princeps alienâ felicitate offendi; malevolorum autem, demisso capite, remisissiq; manibus dolorem diutissime in intimis fovere præcordiis: Nos verò qui sumus? Tu quidem Princeps clementiss, es non solum Pater Patriæ, honorumq; omnium acerrimus defensor, verum etiam fuisti Consortis placide in Domino denatæ, Pater, Mater, Frater, Floridusq; Maritus. Enimverò, quod de Hectore quondam fortissimo Trojanorum Duce, Andromache Filia Etionis, coniunx dilectissima canebat: Hector atar sy moi estin Patir kai Potria mitir Ide kasingnitos, sy de moi thaleros parakoitis. Idem de te Hectore Pannonico Dacicoq; celeberrimo, Andromache Pannonica, Susanna Caroli felicitis memorie, Ladizlavi Filia, Conthoralis tua chariss. fundere poterat:

Bethlen atar sy moi estin patir kai potria mitir

Ide kasingnitos, sy de moi thaleros parakoitis.

Nostrium verò Aud. quidam sunt consanguinei, alii benevoli nonnulli concionatores, omnes alumni, Servitores, subditi. Parum igitur grati essemus, felicitatem hanc gloriosissimam, triumphum omnibus Mundi Pompis anteferendum, leticiam sine carentem, arcem nullis hostium machinationibus obnoxiam, Principaliq; maiestati à Deo immortalis attributam pariter & assignatam, applausu nostro non comprobaremus. Angeli sanctissimi in Cælo Spi-

ritus, resipiscencia unius in terris mortalis, summâ afficiuntur laticia, quid putatis praesentia & felici ingressu? nosne in Angelorum laticiam dolore amaro, lachrymis, vociferationibus irrumperemus & clamare incipiemus: Sereniss. Princeps, cave credas, cave solatium admittas, Erepta nobis est Patrona, Susanna fera morte consumpta est, proh dolor! interiit, mortua est! Itane verò? mortua est, cuius animulam purissimi caelo intulerunt Spiritus? interiit, cuius currum triumphalem non equi Solis phalerati, non Elephantes, non Leones, non Cervi, sed potentissimi Spiritus, capitolio invexerunt caelico? morte consumpta est, cuius nomen, honor, pietas, humilitas, constantia, castitas, iisdem quibus Solis ortus occasusq; limitibus terminantur? erepta nobis est, quae ex pleno animi desiderio abiectam hanc vitae sortem reliquit? Minime gentium Aud. sed si ita vultis, erepta est Diabolo, Mundo, voluptatibus, calamitatibus, arumnis; quod profecto nobis, non singultus, non lachrymas, non amictus lugubres, non deniq; dolorem tam inveteratum, sed summum animi gaudium conciliare debebat. Sed tanta est humanae rationis caecitas, ut flebilia lata, ex adverso verò lata flebilia esse aut humet! Ecce enim parentes, Cognati, amici, non animadvertentes, quibus ipsimet nobiscum infantibus impliciti sint miseriis. Nativitati nostrae applaudunt, convivium exhibent exquisitissimum, nablis Cytharisq; se se mutuo exhilarant: morte autem nostra pallido vultu, lachrymis genas defædantibus, mæsti, ciliciis, pullis amicti incedunt! Proh Dei atq; hominum fidem! quanta hic est repugnantia? quanta ordinis à natura monstrati inversio? Quod si quispiam in bivio consistens, ex una, omnes miseriarum fluctus quibus per totam vitam animo & corpore colluctandum esset, peccata morbos, paupertatem, squalorem, vulnera, carceres, exilium, Podagram, calculum, mortem deniq; ipsam adesse cerneret, ex altera autem parte nudam mortem absq; Prodromis tam infestissimis conspicia-

retur, obsecro Princeps clementiss. utram bivii lineam homo compos rationis mallet? Illam equidem arbitror, in qua Mors, privata anteambulonibus tam funestissimis, variis nimirum morborum tempestatibus, squalore, vulneribus, carceribus, exilio Podagra, calculo, stabularetur: sic enim ocus latissimum consequeretur finem, sic mortem arumnose vita anteferendam censeret, sic deniq; solutus praesentis seculi difficultatibus in jucundissimam Sanctorum Patriam concederet. O igitur felicem tempestive morientium conditionem! ô incredibilem animi libertatem! ô saluberrimam corporis ante tot arumnas requiem! Parcite lachrymis Aud. secludite cor edentes gaudio curas, abiicite gemitus, deponite lugubres amictus Nemo enim vestrum est, qui non lubens confiteatur Sereniss. Heroi nam, postquam manus Domini castigantes sensit, non duntaxat elegisse perpendicularem illam mortis lineolam, verum etiam ardentissimis exoptasse precibus, ut clementissimus rerum Arbiter, pacatam ex hoc corpore fragili Spiritus sui liberationem indulgeret! obtinuit tandem quod petiit, asequuta est quod diu in votis habuit placidissime. Sicut enim cerva tadio Senectutis laborans serpentes insectatur, mox è cubilibus halitu narium vehementissimo extractos depascens, humores primò pravos exsudat, siti deinde vehementissima urgente, per loca acclivia ac declivia fontes quarit limpidissimos iisq; haustis pristinam recipit in columitatem: Non ab similiter Heroïna hæc beatissima tadio morborum laborans, delicias mundi tanquam Serpentes insectata est: deinde è cordis penetralibus pestiferas voluptates ejecit, humores pravarum sollicitudinum exsudavit, calidissima tandem verbi Dei vexata siti, non prius quievit, donec consolationes, sanctiss. Matrona dignas hauriret, & per se sibiipsi supeditaret, iisdem pramunita speratâ immortalitatē, immarcescibile coronâ consequeretur. Iam verò, si iis qui ex summis rerum difficultatibus elapsi patrios repetunt penates, non condolere sed congaudere

Livius
Decad. 3.
lib. 2.

nationes omnes solent, quo jure, quo animo, liberam ex his vinculis, ex his calamitatibus, ex his anima corporisq. pressuris, evasione Sereniss. Heroina, dolemus? lachrymis prosequimur? lugemus? Populus Romanus redeunti à clade Cannensi C. Terentio Varroni, licet temeritate sua XLVI Romanorum sociorumq. millia in acie desideraverit, gratulabundus tamen obviam profectus est, quod de Repub. non desperasset, quod se ad meliora tempora reservasset: nos Susanna beatissima, quæ unius tantum admissa corpusculi jactura, de omnibus hostibus gloriosam reportavit victoriam non congratulabimur? quod de Regno nostro etiam in morte non desperaverit, quod ad meliora gaudia se transtulerit? diversum à nobis exegit fœclitas, diversum charitas non ficta, diversum deniq. Principii vitalis sedula consideratio, quod sicut in nostra potestate non est situm, ita finis vitæ neutiquam Iurisdictioni nostræ subiacere dignoscitur. Alterius est corpus nostrum, quod ne Parentes quidem sine speciali cœlestis numinis indultu nobis conferre possunt, alterius anima nostra, quæ Deo abnuente corpus nostrum non ingreditur, non vivificat, alterius sunt coniuges, liberi, qui fatali necessitate adeo subiacent, ut nullis viribus, opibus, rationibus, etiam si diuturnas Sanctorum Patrum superaverint ætates, eos ex leibais istis tricus expedire possimus. Alienum itaq. etiam si nobis invitis auferatur, non puto propterea magnoperè esse dolendum. Reddere depositum sine tristitia, mutuum retribuere sine odio & lachrymis Christianum semper esse censui. Quid? an non anima nostra in fragili hoc corporis ergastulo est depositum? an non mutuum à Deo immortalis nostris usibus accommodatum? Cur igitur recusamus deponere id, quod est alterius? Cur lachrymis nostris debonestamus eam, quæ mutuum hilari vultu reddidit? Considerate excellentissimum patientiæ exemplum Iobum, abactionem & interitum non modo pecudum, verum etiam Filiorum Filiarumq.

rumq. audientem & cordatè respondentem: Nudus egressus sum ex utero Matris meæ, nudus revertar. Dominus dedit, Dominus abstulit, ut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Considerate Xenophontem Philosophum, cui cum Sacrificanti nunciatum fuisset, alterum ex filiis natu maiorem in acie cecidisse: cydarim tantum deposuit, percontatus demum quonammodo occubisset, ut audiret fortissimè pugnante cecidisse, depositam cydarim capiti reposuit, testatus Deos, se maiorem ex virtute Filii laticiam, quam mœrorem ex morte sentire: fatendum enim est Sereniss. Heroinam occubuisse quidem, verum accerrimè adversus Mundi Tempestates, Orationibus, suspiriis, gemitibus, à Spiritus Sancti instinctu promanatis pugnante, unde non immerito ex virtute etiam eius maiorem laticiam, quam dolorem ex morte concipere possumus. At, naturali quodam impetu diligitis ut opinor aud. Vxores, liberos, consanguineos, affines? Rectissimè facitis Aud. modo meminertis vos id, quod alienum est diligere, meminertis vos diligere mortales omnibus fortuna telis expositos, quibus si adversi quippiam contingerit, meminertis etiam id humani esse, meminertis, nil quod humani est ab homine alienum esse, meminertis deniq. ploratibus lamentis, longum valere iussis, tranquillitatem animi custodire. Ita enim Anaxagoras Clarissimus Philosophus mortem Filij nuntiati: Nihil (inquit,) novum memoras, ego enim illum ex menatum sciebam esse mortalem: Ita Antigonus Rex constantissimus, serius etiam aliquantò quàm putasset Filium suum Alcionium occubuisse memorabat, ne dum lachrymas fudisset. Ita consultissimus vir M. Horatius Pulvillus Pontifex Maximus, cum in Capitolio Iovi ædem dedicaret, atq. inter sacra mortuum esse Filium audisset, neq. Templi dedicationem interrupit, neq. vul-

Xenodorus
in consolatio
Super Iobum

Livius
Decad. 1.
lib. 2.

quispiam

quispiam me omnem misericordiae & charitatis affectum & medio
 sublatum esse cupere; Ego verò Audiri id nequaquam cupio, pro-
 fiteor nihilominus ea omnia, quibus iurantur homines, quibusq;
 illis prodesse possumus, animo pacato ac tranquillo magis prae-
 posse: luctu verò lachrymis, animi agitudine, irâ, lamenti, fle-
 tu, nihilo melius res proximi habituras, nihil iuvare, sed pecuniâ,
 opreâ, consilio, admonitione, consolatione, in quibus vera est cha-
 ritas misericordia & sympateia quam Latini Philosophi com-
 passionem dixerunt. Profiteor deinde, neminem verè sapientem &
 Christianum, velle se lachrymis honorari, novit enim sese hisce,
 neq; indigere, neq; adiuvari, sed tantum gravari alios frustra: ut
 verò per vitam studuit nemini esse molestus aut gravamen inferre,
 sic neq; in morte postulavit diversum. Iam verò quod sibi fieri non
 vult neq; alteri faciet, non plorabit, non lugebit. Proinde, sapien-
 tē Ennius Poeta antiquissimus vetuit, ne quis ipsum post funera
 defleret, Sapienter Q. Horatius Flaccus Lyricorum Princeps Poë-
 tarum prohibuit, naniâs, luctus turpes, querimonias, clamores,
 sepulchri supervacuos honores, Sapienter Sext. Propertius Paullum
 amicum admonuit, ne ipsum fato functum lachrymis urgeret, adeò,
 ut mirum sit, Solonem consultissimum Atheniensium Legislatorem
 in unico hoc desipuisse, quatenus optavit, ut ab amicis post mortem
 cum gemitu & mœnore defleretur. At amisisti charissimam vitam
 sociam Princeps elementiss. quod tibi post tot victorias acerbissimum
 esse puto. Ita est fateor, verum, reminiscendum est te à Deo im-
 mortali tentari, num eandem animi fortitudinem in familiari ca-
 lamitate, quam in publico discrimine retineas: reminiscendum,
 Deum immortalem, latissimis quibusvis humanarum rerum con-
 ditionibus, immiscere solere quippiam amari, adeò, ut non imme-
 rito Homericus Achilles Priamo Regi Troianorum optimo retulit:
 Duo munerum dolia esse in limine Iovis, alterum malorum, al-

rum.

teram autem bonorum, ex quibus, si quibusdam miscens porrexe-
 rit, eos modo lata, modo tristia consequentur, quibus autem ex
 tristitia porrexerit dolio, eos iniuriis non modo famis, sed etiam
 mortis exponit. Porrexit tibi nunc, non Iuppiter, sed summus re-
 rum Arbitrator ex utrisq; doliis mixtam particulam, ut eâ, tanquam
 certo experimento exerceret, in Heroica illa constantia, animi for-
 titudine tranquillitate ac magnanimitate, ne prosperis nimium fi-
 dendo, à legitimo regnandi tramite, aliquo pacto aberrares. Quod
 mihi intellexisse videtur Philippus ille Macedonum Rex poten-
 tissimus, cui cum ex una nuntiatus fuisset, Alexandrum ex O-
 lympia Contuge esse natum, ex altera in olympico certamine ipsum
 curru evasisse victorem, ex tertia autem parte, Parmenionem
 Illyricos debellasse, exclamasse fertur: Dii immortales tanta fortu-
 na prosperitati immiscete quippiam amari, ut me hominem esse me-
 minerim! Ita fortissimus consul & Imperator L. Paullus Aemili-
 us, cuius currum triumphalem Perseus Rex nobilissimus honesta-
 vit, debellata Macedonia, cum quarto ante triumphum die, al-
 terum Filiorum amisisset, alterum autem tertio post triumphum,
 fortuna faciem equissimo animo ferens, progressus ad populum,
 eidem Fortune gratias egit, Deosq; precatus est, ut si quid discrimi-
 nis Reip. immineret, sua esset calamitate decisa. Quae cum ita
 sint Sereniss. Princeps, non dubito Maestatem vestram, ut equam,
 ita adversam hanc fortuna nonvercantis faciem, pacatissimo ferre
 animo, adeò ut etsi tibi lugendum pro more gentis, Regionis, exem-
 plorumq; vetustissimorum Abrahami, Isachi, Iacobi, Davidis mo-
 deratè ad tempus proposueris, consolationem tamen, exemplo eorun-
 dem vicissim admittes. Neq; enim is es, quem dolor à fortitudine
 illa Heroica, luctus à magnanimitate, lachryma à virtutibus regis
 abstraherent, neq; Sereniss. Heroïna ita nobis crepta est, ut non prius
 & incolumis & morbida desideraverit caelestem illam quietem:

S 2

Proia-

Livius
 Decad. 5.
 libr. 10.

Proinde, memineris te Principem fortissimum eum esse, cui salus omnium horum, non minus exemplo, quam rebus feliciter gestis gerendisq; tutanda sit, memineris deponere lachrymas, ut horum omnium faciem exhiberes, memineris Susannam puissimam, iisdem Nature Conditionibus, quibus nos omnes, fuisse obnoxiam, memineris deniq; fortissimos quosq; viros, suos magnanimo sepelisse martuos animo. Quae omnia cum praestiteris, pro dolore laticia, pro luctu cantus, pro mœrore gaudium, pro pullis hisce lacrimis, habitus albus, pro lachrymis risus, pro silentio, Nablia, cythara, Lyra, Tuba, Chorea his omnibus observabuntur: anni verò tui, quos in longissima tempora sanos atq; incolumes prorogari, unanimi comprecamur voto, tibi prosperiores ac latiores, quod Deus Opt. Max. faxit, exorientur.

Rite per oranti, successit in dicendo Illustris ac Generosa indolis Comes Petrus Bethlen de Ictar, puer annorum tredecim, nepos Principis ex Fratre Stephano. Illustrissimo ad praesens Regni Gubernatore, qui consensu rostro, intrepitus in conspectu Populi Pannonici, in hanc eripit orationem:

Oratio Illustris Comiti Petri Bethlen Iunioris.

SErenissime ac potentiss. Princeps, Inclyti ac Spectabiles Regnorum Hungariae, & Transylvaniae Proceres, Generosi ac Egregij nobiles, prudentes ac circumspecti Iudices, experientia & rei militaris peritia admodum bene instructi Duces, egregia bellica fortitudine praediti milites, Reverendiss. ac Clariss. Ecclesiarum Antistes, Quorum mihi antea conspectus per omnem aetatis meae memoriam jucundissimus videbatur, eorum nunc mihi confessus, in amplissimo hoc sed acerbissimo dicendi loco, maestissimus, ac lugubri amictus habitu conspicitur, causam tanti mœoris video esse in conspectu omnium vestri: Siquidem Serenissima Principissa Susanna Caroli, Domina nobis clementissima, annum

agens

agens tricesimum secundum & Hebdomadas octo, vitam desideratissimam, cum acerbissima commutavit morte, & ex hac lubrica vitae statione in caelestem Patriam, post varios corporis sui dolores, sub spe futura ac beata Resurrectionis membrorum suorum transiens, perpetuum nobis omnibus sui desiderium reliquit. O infelicem hac occasione tantorum Procerum concursum! ô funestissimum Ordinum Regni concilium! Cum enim, intueor omnium Ordinum ac statuum praesentem conditionem, inextinguibilem penè dolorem, actus omnium gestus ac sensus amarore ac mœrore languentes, vestes antea splendidissimas, in habitum pullatum & gubrem mutatas, tam ingentem animo dolorem concepi, ut vix dolori resistere, vix fletui temperare queam. At verò, cum perspicuum sit, fletum nihil nobis prodesse, sed potius multis modis obesse, constetq; multos mortem repentinam praenimia doloris angustia subisse, & imprimis Demosthenem Graecorum Oratorum Principem, is enim in Calabriam fugiens, volensq; ad familiares scribere, accepta charta, praenimio dolore calamus ori admovit, sed se inclinans caput veste obtexit & suspirans animam reddidit: lachrymis superscendum esse censeo, & magis de morte appetenda, quam vita optanda, cogitandum esse suadeo. Ego verò Audit. dum de hoc meo instituto breviter in consensu isto procerum amplissimo & frequenti literatissimorum virorum concursu, verba facio, vos universos oro & obtestor, ut studium meum attentione excitetis, atq; huc non ridissimam Catonis censuram, sed singularem vestram prudentiam & aequitatem adferre memineritis. Thracia olim populos legimus Audit. Infantulos suos recentèr natos mœrore ac lamentis excepisse, è vita autem decedentes, gaudio convivii tripudiis & cantu prosecutos fuisse: A quibus, Transi populi non absimiles fuerunt, nam & ij circa natalitia & obitus infantulorum suorum, hanc observabant consuetudinem, quod

edito in lucem infante, propinqui circumfidentes cum maximo ploratu & lachrymarum fluxu commemorarent, quantum illi calamitatis sit perferendū, quantas animi molestias tolerandum, quantos corporis dolores & cruciatus sustinendum, quantos fortune lusus & insultus perpetiendum: contra verò defuncto & huius lucis usura privato pariter circumstantes, & per lulum atq; laticiam eundem gremio terra mandantes, memorabant, quam multis & infinitis malis esset liberatus, quantis & fortune adversitatibus emancipatus. At si exacte in eorum consuetudine rei veritatem perpenderit, si in rei veritate eorundem scopum & intentionem animadverterimus, si presentis vite conditionem & anxietatem cum omnibus suis circumstantiis, ingenii nostri aequilibrio ponderaverimus, deprehendemus, neminem ita nostrum e potestate mentis exiisse, qui eos insipientie argueret, neminem adeo mundi vanitatibus deditum, qui mortem vite huic antefereendam esse non censeret. Nam & ipsa experientia, à teneris unguiculis, hominem, infinitis malis subiectum esse clamat, & tota Sacra Scriptura, vaporibus, floribus, bulla & umbra hominis conditionem comparat. Homerus autem foliis deciduis & caducis, hominem assimulat: sed certè nec folia tam caduca sunt quam homo, certum illis ac definitum tempus est ad viriditatem consequendam, hominibus vite certum momentum est nullum. Sophocles umbra similem dixit esse hominem, sed umbra stabilior est, nec loco prius corpore opaco movetur, nec sole lucente vis ulla potest eam impedire quin corporis opaci sit comes individuus, hominem vel pusilla res ac langvide possunt tollere, etiam tunc, cum atas eius floret, & in valida iuventute quadam quasi vite meridies refulget. Aeschilus Poeta, umbra somnium nuncupavit hominem, rectissime autem nec umbra comparat, sed somnio, ut et penitus intelligatur vanissimam vanitatis imaginem in homine conspici posse, & nihil aliud esse, quam ipsam vanita-

nitatem: omnis namq; homo vanitas & mendacium est, spoliū temporis, ludus fortune imago inconstantie, trutina calamitatis, specimen clarissimū summae infelicitatis. Confirmat hoc patientissimus Iob. Homo, inquit, natus de muliere, brevi vivens tempore. Iob. 14. repletus multis miseriis, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Quae ergo nobilitas ex utero Matris? nulla. Omnes enim pari sorte nascimur, virtute distinguimur. Quae duratio vite? breviculum tempus. Quicquid Comites? multa miseria? cui similis? flori. Quam fugax? sicut umbra. O vanitas vanitatum & omnia vanitas! Hanc Eccl. 1. 1. vanarum rerum vanitatem, velut in unum congestam & coagmen-
tatam, poterit in homine quispiam reperire teste Davide: univer- Psal. 38.
sa vanitas omnis homo vivens. Tanta enim malorum illas invenitur, in homine, quanta vix aquarum gutta in flumine, quā minustissimorum & planè contemptibilium insectorum, culicū, pulicū & cimicum aculeos nequeat evitare, verum vel ex debilissimi culicis morfu multos oppetisse. O miseranda & deploranda conditionis hominum genus! cui & vermes molestiam exhibent, quod musca vexant, vespe vulnerant, apicula ledunt, araneoli occidunt: quod frigus corripit, fervor Solis torret, vetustas temporis consumit, cui & cibus potus nanscam conciliant, & ea omnia quae prosunt aut prodesse videntur, plus plerumq; nocent: Non recenseo pestilentiam, famem, bella truculenta, non referam armorū disturbia, varia morborum genera ut funesta ita molesta, quae omnia imperium super mortales suum habent; conscientiam vestram appello: Quotus enim quisq; vestrum est, qui mori magis quam vivere visis tot arumnis non cupiat? Quis unquam à primis pueritiis suis temporibus, laborum, dolorum, curarum & aliarum quam plurimum molestiarū se immunē fuisse vel fore pronunciare audeat? Neminem puto. Si enim Aud. vita magis quā mors esset exoptanda, non sancti Dei homines mortē ita a vide exoptassent, non Doctor ille gentium se

diffolvi & esse cum Christo cupivisset; non Sanctus Stephanus Spiritum Domino Iesu commendasset, non Iobus & Ieremias diei Nativitatis suae maledixissent, non Codrus Atheniensis pro salute patriae morti se ultro obiectasset, non M. Curtius Romae, ingenti hiatu pro peste sedanda, se iniecit, non duo Decii voluntariam mortem pro Patria & exercituum conservatione, suscepissent, non M. Atilius Regulus ad supplicium, Carthaginiensibus ut fidem datam conservaret, ultro se obtulisset, non Salomon omnium ditissimus & sapientissimus, expressissime mortem meliorem quam vitam amaram esse pronuntiasset, non denique idem ipse, diem mortis meliorem, die nativitatis esse dixisset. Cur ergo non mors potiori iure appetenda? in qua nihil molestiae & miseriarum nihil mororis & doloris extinctis exhibetur, verum per hanc ex hac lubrica vitae statione in caelestem Patriam itur, ab omnibus huius vitae calamitatibus & fortuna adversa insultibus libertas conceditur, per hanc in caelestis militiae chorum ad optamur, per hanc in amenissimum Dei & Angelorum consortium migramus, per hanc omnes corporis molestias languores & sollicitudines deponimus per hanc denique Deum cum Filio & Spiritu Sancto à facie ad faciem videmus. Cupis videre Deum? cupias cum Paulo dissolvi, cupis uti fruitioni summi boni? cupias ex hoc corpore morti obnoxio eripi, cupis vivere? cupias vitam cum morte commutare. Mors enim est transitus ad vitam. Cur ergo non cuperes magis mori quam vivere? ubi non licet honestè vivere (inquit Tullius) non est cur ibi velis vivere, sed ego addo, ubi non licet tranquillam vitam agere, ibi non est cur vivere velis. Nulla verò in hac rerum universitate est tranquillitas, nulla quies, nulla honorum respiratio. Migremus ergo hinc migremus. non enim habemus hic manentem civitatem, cum teste Tullio, commorandi à natura diversorum, non habitandi nati sumus, stetque sententia Dei: morte-

moreris, pulvis es & in pulverem reverteris. Quid? an mortem omnibus impendentem times? Time Dominum, qui enim timet Dominum non trepidabit & non pavebit; sed etiam stultum est id timere Seneca annuente, quod vitare nequeas. Quae cum ita sint, procul dubio Sereniss. Principissa, Domina nobis clementiss. mortem non metuit, cum Dominum sedulo timuerit, nec mortis horrorem trepidavit, quem vitare nequiverit, sed mortem longè meliorem esse, quam vitam existimavit, ac proinde potiorem partem, quae ab ipsa non auferetur, cum Maria elegit, animam suam Deo commendavit natura debitum solvit, stipendium peccati deposuit, vitam cum morte commutavit, omnes corporis dolores & animae anxietates reliquit, in caelestem patriam commigravit, ubi in beatissima requiescit pace.

Ita, disertè ac audacter per orandi finem faciens, omnium oculos ac mentes in sui admirationem convertit, adde, ut generosa eius indoli, etiam in mediis lachrymis omnis ordo applauderet. Ventum tandem est in Templum, cuius Sacristia, & praclarorum subsellia Optimatum, lugubri involuta panno, appensis insignibus & funebribus carminibus, materiam tristitiae palam adesse arguebant, funus (cui excellentissimus Heros Sigismundus Kornis de Ruzka, Eques Aureatus & Comes Comitatus Bihoriensis, Tabulam Argenteam purè deauratam cum hac inscriptione: *Stph. A. P. D. D. S. C. S. R. I. T. P. F. R. H. D. S. C. A. C. O. R. D.* praeferebat) in castro doloris purpura suffulto, ac ad Pompam in medio Basilica erecto, ab Equitibus honorifice depositum, Chorus patrio cantillantium ritu, in tres ordines divisus, primum Cassoviensis in pergula Organo veteri substrata, Ioannes Trombitas secundum in Sacristia Claudiopolitanus Thomas Egerefi, tertium Saxonicus Paulus Scarvola Cantores, ordinem, & affabrè concinnatam vocalem Musicam, moderaban-

derabantur. Ut verò Musica cessavit, singulari eruditione, eloquentia & authoritate excellentissimus Dn. Petrus Alvinci Antistes Ecclesie Cassoviana, doctissimam Contionem ex illo Apocalipseos 21. 3 & 4. Et audivi vocem magnam è cœlo dicentem, ecce tabernaculum Dei est cum hominibus & habitabit cum eis, & ipsi populi eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus: & absterfus est Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & Mors amplius &c. instituit: Finita concione, in laudes Heroïna erumpens, novas omni statui lachrymas extorsit, ac prosapia antiquitatem ex veteri authographo Regalibus Diplomatum roborato, seriemq; familia à trecentis plus minus annis continuo derivatâ ad ipsam usq; defunctam Heroïnam, luculenter demonstravit. Eodem tempore ante Basilicam concionabatur vir doctissimus & disertissimus Dn. Stephanus Keresegyi, Pastor Ecclesie Szylahina & Senior Szylagien. ex Cap. VII. Rom. v. 24. Miser ego homo: quis me eripiet &c. Qui ut sue satisfecit functioni, omnibus literis quæ ad humanitatem faciunt apprimè excultus, Dn. Martinus Opicius Silesius Poëta Laureatus Cas. & in Collegio Albano Poëseos & Oratoria Professor doctissimus, consensu rostro ita dicendi initium fecit:

Oratio D.
M. Martini
Opicii.

Sereniss. Sacri Romani Imperii Transylvaniciq; Princeps, & Dn. Clementiss. Illustrissimi, Generosissimi, Magnifici, nobiliss. Reverendi, Clarissimi, Egregij omnium Ordinum Audit. Nullam in his terris, tam esse absolutam felicitatem cui non sua quoq; calamitas subinde coniuncta sit, prasens hic rerum status exemplo singulari ostendit: Intuentibus enim nobis altius omnia, quæ ad constitutionem perfectæ felicitatis in hac quidem publica fragilitate requiri possunt, nihil panè quicquam eorum Princeps Sereniss. circa te desiderabatur. Nam si ea demum

verè

verè beata vita dici debet, quæ relicta externa vanitatis strepsu, in virtute sola consistit; regali tuo, erecto & infatigabili animo, fastigium mortalitatis paulò minus quam excesseras. Pacis artibus cum quovis magnorum Heroum eras comparandus, dexteritate belli verò summis ante ferendus. Et cum iis etiam quæ vulgò prima habentur, opibus dico, honoribus ac imperiis favor Cælestis abunde te donasset; ne ipsa quidem fortuna totis viribus incumbens necere tibi posse videbatur. At, proh dolor! quam fragile, quam incertum est hoc, quicquid miseri omnibus numeris exactum esse nobis persuademus! In tanta incolarum leticia, in tanto exterorum applausu & gratulatione inter mediam spem pacis, vulnus tibi Princeps potentissime instigitur gravissimum. Illa dimidia anima tuæ pars, ille totus animus tuus, refugium curarum & gaudium coniux amabilissima, repositur ab eo, cuius indultu hætenus tecum vixerat, & solum sui desiderium cum dolore & luctu acerbissimo tibi relinquit. In cuius quidem Heroïna incomparabilis funere, quod ego, cui nulla sermonis copia unquam fuit ad dicendum affuxi, unicam fateor, Pietatem, ad excusationem meam asferre possum. Nam si ve virtutes defunctæ iustis laudibus efferre meruerant, dubito an cuiusquam facultas sufficiat: si ve Princeps noster clementissimus consolatione sublevandus erat, ea invictissimus eius animus fortitudine præditus est, & constantia, ut perire nobis hoc officium necesse sit. Accedit Corona hæc Audit augustissima, quorum aliquot iam factis immortalibus ultra ipsam eloquentiam & industriam annalium consistunt, plurimi autem & ætate & doctrina, & quicquid ad tam grave dicendi munus requiritur, intervallo me superant longè maximo. Sed nos hæc omnia potius, quàm studium & reverentiam, quibus magnos homines vivos mortuosq; iure prosequimur, desiderari in nobis patiemur.

V 2

Ac ut

Ac ut inde nostrum sumamus initium, unde feminarum Illustrissima suum, Pannonia eam, raro Dei munere nobis donavit. Illa omnibus cæli ac Soli bonis tellus refertissima, quæ frumenti luxuriâ, vini bonitate, nemorum & saltuum frequentia, fluminum amenitate, metallorum divitiis, quotquot usquam sunt regiones provocat. Illa quæ tot Decios, Aurelianos, Probos, Diocletianos, Iovianos, Valentinianos, Valentes, Gratianos ad summam Imperij sedem eduxit. Illa, quæ Martinos, Hieronymos, Duditios, Sambucos ingentes ac divinos propè viros in lucem protulit. Illa, in qua Matthias Corvinus, illud fulmen belli, qui eodem & uno tempore, Sarmatas, Bohemos, Getas, Austriacos domuit, nasci voluit & educari. Illa, quæ tot milites, quod alibi vix homines, in fecundissimo sinu aluit. Hanc terram, cum Heroinarum præstantissima patriam haberet, ne de illustri & splendidissima Caroliorum stirpe verba faciam, virtutem illam singularem & generositatem animi, cum ipso Protinus ære hausit. Nam quid ego de religione eius in Deum & mirifica loquar pietate? Iuro vobis, si ad acerrimum quo prædita erat ingenium, doctrina saltem accessisset exigua, cognitione sacrarum literarum, nemo hominum illam superasset. Ipsis eruditis & quorum hoc studium est proprium, ruborem sæpè numero expressit. Preces cum funderet ardore quasi, & interno devotionis aestu, rapè extra se se videbatur. Cingebant hunc virtutum Solem, præter eximiam corporis pulchritudinem, veluti sydera quedam lucida, plurima dotes alia, quæ vix recenseri, nedum satis commendari possunt. Est hoc magnorum Principum inter cetera non leve onus, quod in omnia dicta, facta, & mores eorum, dixerim penè in ipsas cogitationes, exquisita diligentia inquiratur: non fores modo & atria, sed cubicula etiam intimosq; secessus, curiositas humana petit, & præter expectationem, abditissima quæq; in oculis populi, & luce clarissima exponit.

nit. Inquisiverint undiq; omnes angulos perrepererint, nihil penes nostram fuit, quod si proferatur, non gloria ipsi maxima & honori futurum sit. Poterat in hac Mariti Serenissimi eminentia, ad quam Numen cæleste & fortitudo bellica cum provexerant, vento quodam Superbia, solenni feminarum morbo abripi: sed illa nihil sibi, ex tanto rerum secundarum affluxu, nisi gaudium vendicavit, nihil ab ea, quam à teneris præ se tulerat continentia quicquam descivit. Ita dum Heros noster artes expugnat, urbes subiugat, instantes hostium catervas frangit, illa interim domi insolentiam, adversarium humani generis longè validissimum: vicit & prostravit. Eadem, quanto amore maritum, quanta subditos clementia, quæ munificentia inopes, quæ peccantes venia, quæ humanitate notos ignotosq; prosecuta fuit? Nihil illa castius, nihil sobrius, nihil modestius, nihil mansuetius, universum hoc seculum vidit. Et cum viva egenos paverit, captivos vestierit, afflictis subveniret, quotiesq; potuit fortuna intercesserit, ne moriens quidem illiberalis esse voluit, sed stipem pauperibus non exiguum testamento reliquit; ô verè publicum bonum & in commune auxilium natam! Fortitudinem verò illius & constantiam prorsus masculam, si nihil aliud, extremus profecto vita ætus abundè ostendit. Invaserat eam paulo vehementius in itinere fatalis iste morbus, & vires corporis tenerrimi non mediocriter attriverat: sed ne reclinare se quidem in currum voluit, princeps ad omnes casus excipiendos paratissima; nedum ut ullam doloris impatientiam vel vultu, vel verbis indicasset. Claudio-poli postea, cum imminere fatum sibi suum cerneret, medicorum industriam aut contempsit, aut ne contempsisse videretur parcè admisit. Perpendebat nimirum prudentissima Heroinarum, quantum hoc esset quod relinqueret, quantum illud ad quod propriam propriusq; contenderet. Videbat ea omnia propter quæ navi-

gamus, terram fodimus, aramus, militamus, sudamus & aegimus, paulo minus, quam nihil esse. Ambitiosum verò animal hoc, quod hominem dicimus, bulla instar splendere & evanescere. Mortem igitur, ad quam plerique nostrum, oborto collo, tanquam ad pratorem & in nervum rapimur, suo vultu & tranquilla mente admittebat. Putasses hospitem aliquem gratum & amicum ad cenam condixisse, cuius illa adventum tanquam in specula cupide præsoleretur. Sacrorum librorum sententiis consolari se volentibus verba singula praripuit, & quamvis constituta in tormentis natura precum sedulitate vinci, extimuit. Ita plena spei, plena fidei, plena aternitatis, cuius partem mortalis adhuc percipere videbatur, castissimam illam animam Servatori nostro qui sanguine suo eam redemerat, lata libensque tradidit, & sine ullo gemitu aut maroris indicio fragile hoc domicilium reliquit. O felicem te Susanna beatissima, quæ dum vixeras didiceras mori, quæ animo amplexa eras Dominum ac Deum tuum, cuius morte nostra mors fracta ac contrita est, translata nunc co es, ubi, cum corpore non licebat, mente tamen semper versabaris. Hoc quod mortale erat, hæc ossa nervis circumvoluta, hanc obductam cutem, & reliqua quibus tanquam catenis vincimur, magna matri, cuius pars fuerat reddidisti: tu verò aterna, tu incorrupta, melioris nunc statûs es, expedita oneribus alienis, & tibi relicta. Hæve & vale olim terra, nunc insigne cæli decus: nos eo ordine quo Deus permiserit omnes te sequemur. Interim laudibus non morituris, innocentissimam vitam tuam, quantum in nobis erit posteritati commendabimus, & digna virtutum tuarum contemplatione, desiderium tui leniemus. Te quoque Princeps Sereniss. dilectissima dum fata sinebant coniux tua huc vocat, ista se memoria potius, ut faustissimam in qua nunc versatur stationem tecum revolvas, quam lamentis & luctu non profuturo prosequaris, cupit. Quicquid ea fa-

ea factum est, præter naturam non fuit. Hic Sol, hæc Luna, hic orbis, hæc terra, hoc mare vices suas momentis omnibus experiuntur. Arboribus, plantis, floribus, feris, una lex posita est, nasci & interire. Si vè priora si vè nostra inspicis tempora, civitates integra, integra regna & nationes, aut dominium subinde mutaxi, aut funditus delentur. Et nostrum aliquis immortalitatem sibi spondere audeat? Omnis caro est fœnum, & omnis gloria eius sicut flos campi. Confer ætatem hominis etiam longissimam, cum infinito magni illius avi cursu: vix momentum erit. Imò, confer totum hunc terrarum ambitum, cui tam superba Europa, Asia, Africa, America, nomina imposuimus, cum immensis cæli spaciis: pedis mensuram non excedet. Nihilominus strentia nos exercet inertia. Quidam urbes fundat, quidam evertit. Hunc ambitio sua, magnarum plerumque animarum pestis, illum avaritia dormire non sinit. Est qui querit opes, est qui lancinat. Ubiq. spes aut metus, ubiq. invidia, ubiq. luxus regnat & petulantia. Dubito certè fleveritne prudentius Heraclitus, an Democritus riserit, nisi quod calamitas humana ineptiis plurimum antecellit. Neq. aliam nobis vitam, natura cum nos ederet permisit, quam à lachrymis omnes auspicamur. Ista conditione huc intramus, hoc initium est, quod reliquus annorum ordo imitatur. Alius laborem, alius egestatem, alius exilium, alius hæc omnia, cum quibus se exerceat habet. Ista si desunt, negotium nobis ipsi facessimus, & vitam quam cum somno partimur, molitione magnarum rerum, & insatiabili votorum ambitu torquemus. Inter hæc plerumque mors ex transverso incurrit, & febricula inepta, aut calculo aliud agentium curas abruptit. Idq. sine ullo dignitatum accidit aut ætatis respectu. Sicut pomæ quædam acerba adhuc avelluntur, quædam maturitate victa ultro decidunt: ita nostrum pars in herba & flore annorum, pars verò demum, sed tamen avocamur.

Et hic

Et his quidem Senectus, quam diu optaverant, si contingit molesta est: sic aut morbos illa secum trahit, aut ipsa morbus est. Vt ita quod ad eam uxor tua Sereniss. non pervenerit, Princeps Clementissime, queri non sit necesse. Satis enim diu vel natura vixit vel gloria. Peregit cursum à Supremo Numine sibi datum, & virtutis quibus gravior atas interdum ornata est, maturitate ingenij percepit. Molestias autem eius nullo vivendi dispendio effugit. Possidet jam pro mortali hoc Regno Regnum immortale, solius agni immaculati Iesu Christi sanguine partum. Nullis hic machinis, nullis militibus, nullis turribus opus & propugnaculis fuit: lachryma preces, gemitus fides in Deum conversa, hæc sunt, quibus quavis ballista aut tormento fortius beatas illas cœlitum sedes perrupit. In hanc Translata Regiam, procul à morbis, à suspitione, livore, & armorum quibus totus Orbis ferè iactatur insania, iis perfunditur gaudiis, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec quisquam mortalium cogitationibus unquam comprehendit. Commigravit è tenebris in lucem, è fluctibus ad portum, è carcere ad libertatem, eam agit vitam, quæ nec temporis nec felicitatis termino ullo continetur. Sedet plena Deo, in media beatarum animarum Corona, cinctæ est mille Angelis, quos cœstimoniam & sanctitate hic imitabatur; intuetur iam de facie ad faciem Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, infinitam & æternam Trinitatem: ad cuius nos genua supplices procidimus & ex animo oramus, erigat consolatione viduum Serenissimum, & addat ætati eius, quicquid annorum Heroïna nostræ detrahit. Sera sit dies ô Deus, quæ Principem optimum ad defensionem Religionis & Patriæ natum, reposcat; Concede ipsi pacem, concede securitatem, aut si infida paci apertum bellum preferendum est, da ut infandas hostium molitiones, constantè sicut hæcenus, evertat. Et quoniam contra relictam Ecclesiam tuam, totus furor inferorum in nostram

nostra præsertim Germania exsurgit, ac velut compos iam victoria crudeliter nobis insultat, fac ut infracto animo pro nominis tui gloria, pro libertate, pro aris & focis vivere discamus & mori. Sine te, Deo exercituum, victore nostro & Duce nihil possumus. Tu auxilium tu fortitudo nostra es. Veni igitur & noli tardare. Redde illis sanam mentem, qui simultatis & invidia studio aut imbelli metu perculsi, divortium à bona causa fecerunt. Eri-ge afflictos, & pulsos iniquis possessoribus suam cuiq; Patriam redde: donec te in altera, quæ supra nos est Patria, in quam beatissimam Principem pramissimus, celebremus sine fine & laudemus Amen.

Finientem Generosus Dn. Sigismundus

Sarmasaghi subsecutus, nomine Regni Transsylvania gratias demortua Principi amplissimis egit verbis, cuius, Orationis copiam habere non potui. Quamobrem, omnibus ritè iustis more maiorum persolutis, funus per eosdem Equites assumtum, & à Principe Serenissimo ceterisq; Regni Optimatibus comitatum, monumento Regum ac Principum illatum est, ac ab omnibus ordinibus cum gemitibus & lachrymis Custodie Dei Opt. Max. & sanctorum Angelorum commendatum est. Postero die, qui in festum assumptionis B. Mariæ virginis incidit, Serenissimus Princeps, interpretationum Sacrarum literarum avidus, in animum induxit, nonnullorum probatæ fidei ac commendatissimæ doctrinæ virorum elaboratas audire conaciones. Hora itaq; septima cum universa rursus optimatum manu in Templum prodicens, singulari eruditione & exactâ morum integritate clarissimum D. Michaellem Szepsinum, Pastorem, Ecclesiæ Szatmarinæ fidelissimum, erudite ex loco ad Heb. 11. v. 2, Ob eam enim testimonio sunt ornati maiores &c. differen-
tem, devoto ac attento audivit animo, cui dicendi finem imponenti, Hebræi
succesit. Generosa indolis Adolescens, Ioannes Kemeny Balih. F. vers. 2. v.
qui in medium prodicens, in hæc erupit verba:

Oratio D.
Ioannis
Kemeny.

Serenissimi, Sacri Romani Imperii Transsylvaniæq; Princeps, illustrissimi, Spectabiles, Magnifici, Generosi, Egregii, Nobilissimi, Consultissimi, Reverendi, Clarissimi, doctissimi, Auditores, pulcherrima omnium ordinum corona. Non exiguum fuit omnium antiquorum fidelium iuxta ac infidelium, in exquirendis natura humana dotibus planè admirandis, studium. Nam Hebraei quicquid in reliquis creaturis desideratur, id in unico duntaxat homine reperiri posse authumarunt. Graeci autem hominem mikrokosmon seu parvum mundum nuncuparunt. Aegyptii parvum & terrenum Deum. Mercurius Trismegistus ingens miraculum. Musæus autem clarius hominem describens, Homo (inquit,) solus ipse, omnium in terra degentium Dei imago est, & persimiles ei virtutes habet, nam ne inter Deos quidè præstantius aut excellentius quippiam excogitari potest, quam prudentia, Iusticia, Fortitudo, & temperantia. Tam præclare locuti sunt Cæci illi & infideles, de dignitate hominis! At longè magnificentius Sacra Scriptura, nobis hominis dotes ac dignitates ob oculos ponit, quando refert eum creatum esse ad similitudinem ac imaginem Dei. Regius verò ille Psalter, admirans hominis maiestatem, fecisti (inquit,) eum paulisper inferiorem Angelis, gloriæ & honore coronasti eum. Quanta verò sit divini huius animalis præstantia & pulchritudo præ ceteris creaturis, in præsentiarum Laconicâ saltem brevitate ostendere decrevi. Quod priusquam facerem, vos Aud. obnixè oratos esse volo, ut mihi non solum aures, verum etiam animos, eosq; benevolos præbere dignemini. Principio, magnus ille universitatis parens & Opifex Deus Opt. Max. creans hominem ad imaginem suam, diligentèr antea providit, quæ ei ad vitam necessaria essent, eidemq; vitam infundere sapientèr dignatus est. Firmamenta autem corporis, quæ ossa dicuntur, invicem nervis alligavit & construxit, ut autem solida

ossa

ossa tegeantur, ea visceribus operuit, & visceribus venas, quas vivos per omne tempus divisos admiscuit, in summitate autem constructionis suæ caput collocavit. Et quia nuditas capiti non congruebat, illud pilo elegantèr contextit, & summum ædificii sui culmen egregiè exornavit: Adhuc, alia etiam membra tanquam in fortissima arce instrumenta, ad quotidianos necessaria usus fecit & collocavit, adeo, ut oculi tanquam speculatores altissimo ex loco, res ex coloribus in luce constitutas, conspicerent, aures sonum recte perirent, nares odorum iudices essent, lingua gustans de succis, totaq; cutis de rebus tactum moventibus, judicaret: pedes duo, & manus duæ, non modò ad utilitatem aliquam, usumq; vel gradiendi vel faciendi valerent, sed & habitum decoremq; admirabilem conferrent. Sed omitto quàm decentèr Deus gingivis mollioribus dentes honestavit. Prætermitto quàm clementèr à genis mentum sit deductum. Nihil dicam de jecore, nihil de corde, cerebro rationis ac sapientie sedibus, nihil deniq; de pectoris sublimi ac polita latitudine, de membris etiam ad propagandam successionem inexcogitabili ratione procus dicere super sedeo sed illud tamen prætermittere non possum, cuius præcipue homo cum Angelis, & Deo ipso potest comparari Deo immortalis quidem numeris omnibus inferior est. Angelis paulo minor, Angeli enim beatifica Dei visione fruuntur, etsi verò non Angelicam sed humanam naturam Deus assumserit, tamen Angeli hominum iudicio minimè subiacent. At imago & similitudo Dei luculens est in homine: Vt enim Deus unus est essentiâ triinus personis, sic anima una tres habet potentias, nimirum intellectum, voluntatem & memoriam: Vt Deus est immortalis, invibilis, & expers Quantitatis, sic anima hominis rationalis. A Principio autem nihil est beatius Deo, Deus tamen contulerat homini omnem beatitudinem, quæ in hac vita mortalium via posset à peregrinantibus optari.

V 2

Nam

Nam non contentus dare quacunq; mera ac pura postulabat natura, integritatem natura superaddidit, huic adiunxit Iusticiam Originalem. Si verò, ipsius hominis domicilii locum consideraverimus, erat illi pro domo Paradysus voluptatis, si alimenta, erant illi ad cibū data reliqua animalia, pisces, & omnis generis fructus sponte provenientes, adeo, ut non immerito scripserit Philo-Iudaus, Deum immortalem hominem ultimo loco creasse, ut cum ad convivium invitatum, ad mensam lautissimè instructam adduceret. Si opes attendas, nihil homini Deus passus est deesse. Si corpus, erat id omni dolore immune. Si animum, erat is metu omni vacuus: Si consortium, fruebatur Angelorum & Dei bonorum omnium largitoris consortio. Adhuc, Deus omnium Dominus cunctaq; possidet, at Dominium etiam impertivit homini. Factus est enim Mundus ut nascerentur homines, nascuntur homines ut Deum agnoscant, agnoscunt ut eum colant, colunt ut mercedem immortalitatis accipiant, accipiunt immortalitatem ut in aeternum Deo serviant, ac corregnent Christo suo capiti. Sed & potentia sua quandam quasi imaginem in homine extare voluit, cum ei potestatem ad omnia seu Arbitrium liberū concessit, tantopere enim hominem dilexit, ut attributorū suorum panē omnium vestigia in eo reliquerit. Ex quibus omnibus, fructum vos hunc auferre velim, ut Dignitatis vestrae memores, similitudinem Dei in vobis illibatam custodire conemini; considerate, quot quantisq; dotibus iisq; excellentissimis vos cumulaverit, perpendite quot beneficiis vos affecerit & imprimis, quod vestri causa, & augustissimo illo maiestatis suae fastigio in terram descenderit, & habitu vestro indutus infinitis laboribus, cruciatibus, arumnis, & deniq; ipsi teterrima morti se exposuerit: pro quibus, nomen eius, in omnes aeternitates laudare & celebrare mementote.

Finienti, in dicendo carminibus successerunt, Georgius & Fran-

Franciscus Kornisii, Balthasaris Filii praeclara expectationis, sed quoniam studiorum uberiorum acquirendorū causa, se se Viennam ad P. Iesuitas finitis exequiis, contulerunt opinione nostra prius copiam carminū non fecerunt. Quibus ita finitis, multitudo dimissa ad solennes seu exequiale vicissim rediit convivium. Sequenti verò rursus die, eloquentia ac dexteritate ingenii clarissimus Dn. Stepanus Varadi, Concionem ex illo classico: Non habemus hic Heb. 13. manentem civitatem, sed futuram inquitimus. eruditam vers. 14. habuit: cui postrema in ordine Oratione optima spei juvenis, Ioannes Lippai Tallyiainus succedens, ita verba fecit;

Eloquar an sileam? suppressim vel enunciem? Ecce Oratio
prosperum Pannoniae sidus deflagravit; non concupiscis Ioannis
tis? ecce Saphyrus Transylvaniae emarcuit! non videtis? ecce the- Lippai
sauri Christianitatis universa crepti! Ah desinite amabo Oratores,
pigmentatis verbis aures circumstantium amplius delinire, omni-
busq; eloquentia calamistris decenter compta oratione, hoc unum
agere, ut consolatiunculis vestris, animos eorum iusto indulgentes
dolori, frangatis. Vos quoq; Poetae, divūm genus conticescite, al-
tumq; silentium decantillationibus tenerorum versuum per Apolli-
nem imponite, nuncium, omnibus lusitationibus remittite, ad lu-
gubres nenas animum adicite, epicedius fora, valvas, tapetia,
vicos, angiportus, conclavia, complete, fluminum cursus sistite, &
ad congemiscendum compellite. Ah utinam, nunc mihi Deus ali-
quis celitus illabatur, ut non nisi digna loco, digna tempore, digna
vestra Sereniss. Princeps, Dn. nobis naturā clementissime, illustriss.
Regni Gubernator, Illustrissimi Comites ac Barones, Spectabiles,
item & Magnifici, Generosi, Reverendi, clarissimi, ceteriq; &
eruditione & nobilitate praestantissimi Audit. vestra inquam ex-
pectatione digna mihi contingat oratio. Quod ego optare quidem

meorum esse partium iudico, sperare certe nisi omnem cum sana mente verecundiam abiecerim non ausim, tantum abest, ut me id consequi posse confidam. Quid igitur inquam ego? Iussusne verba faciam? Obstat atas ingenii impedit exilitas, loci amplitudo prohibet, advocat Aud. celsitudo, maiestas, dicendi absterret conditio. Tacebone? & prae moderatorum meorum, quos ego semper plusquam humana mentis capere posset coniectura adamavi, voluntatem contumax floccipendam? vetat Pietas, interpellant leges obedientiae data fides reclamat. In hoc itaque quasi bivio constituto, retrocedendum potius, quam progrediendum mihi esset, nisi sentirem apud eos mihi verba esse facienda, qui, quantulacumque haec sunt dicendi incunabula, illa tamen in catalogum praestita gratitudinis referre non refermidant, ea deinde sunt praediti clementia, ut plus gratitudini quam eruditioni, plus conatui honesto, quam nescio cui sermonis lenocinio atque dexteritati tribuant. Hac itaque spe suffultus faciam, ut quae mihi de rerum vicissitudine, indigitanda potius, quam dicenda proposui, ipsa materia dignitate locum apud vos inveniant, amplitudine placeant, maiestate commendentur: in quod id incumbam serio ut si nulla alia re, saltem simplicitate, quae mea est atatis ingenique propria, vel orationis brevitate, quam multa magnaque vestra occupationes flagitant, placere vobis voluisse videar. Et quidem, primum illud subit admirari, quid sit, quod dum prae potentissimus Deus, Patribus nostris antiquitus, reconditissima suorum arcanorum mysteria aperire constituisset, hanc ipsam, de qua verba facimus mutationem rerum potissimum elegerit, cuius cognitione tanquam excellenti aliquo bono, res bearet, id quod in Colossaea illa Nabucadnezaris statua, evidenter adum-

Daniel. 3. bratum, posterisque quasi per manus traditum à Daniele accepimus. Dicerem ego hoc in loco, atque ob oculos subsecutam Monarchiarum vicissitudinem, per omnes Mundi aetates statuerem, ad haec

usque

usque tempora descenderem, atque veritatem eius oraculi, testibus idoneis, iisque omni exceptione maioribus, satis superque testatam relinquerem, nisi pro comperto exploratoque haberem, haec ita esse apud quosvis in propatulo, quam pluvia cum est imber. Age vero nunc mihi, universam rerum machinam, uno intuitu considera, & quidem ante omnia caelum, quo omni conteguntur, contemplare, quid eo magis mutationi obnoxium? nonne XXIV horarum intersticio orbiculari motu sursum deorsum se volvit? pars eius consurgit, pars mergitur, nunc grandinis fragore inhorrescit, modo amabili serenitatis specie abblauditur, hodie fulgetra montibus minatur, cras radiorum spiculis eorundem cacumina lambit. Quid deinde? Planetarum cursus vagus & inobservabilis est, Sol & Luna alternis vicibus suos motus peragunt, quorum haec, (ut de Solaribus defectibus silcatur) nunc crescens apparet, saepe decrescens, nunc plenum lumine globum ostentat, nunc eclipsi tetra, marcet, nunc gibbosa conspicitur, modo falcata gerit cornua, nunc silet interlunio. Quid amplius? Annus in circulum revolvitur, signa Zodiaci alternatim Solis flexum amittunt, è mense menses emergunt. Hyems frigora apportat, algendum est, aestas calores reducit, aestuandum est. Quid praeerea? Elementa in se se mutata recurrunt, noctem dies sequitur, turbantur maria & conticescunt, fluctus fluctui cedit sequenti, flumina labuntur & recurrunt, undas unda trudit, pellitur dies die. Quod si ego nunc ad varia Meteororum genera progredi vellem & ostendere, quam stupende in eorum Metamorphosi natura lusitet? quis quaeso orationis modus futurus esset? quis finis? verum immensum est hoc pelagus, quis enaviget? spaciosissimus Oceanus, quis concludat septis? Ad ea, quae nobis viciniora sunt properat oratio. De Hyena, sagacissimus natura indagator Plinius tradit, eam ita esse instabilitati obnoxiam, ut nunc mas, nunc femina esse eadem deprehendatur, quod ipsum & de Ichneumonem affirmatum invenio.

Con-

Conchylia porrò ut tradit idem Scriptor, ad *Luna* varietatem natura conformavit, quâ crescente augeantur, & ipsa deficiente, attenuantur. Atqui, audi quod vehementer admireris: *Amphisbana* *Serpentis* genus est, utrinq; capite prominulo, quod æquè in utramq; partem serpit, & intralibet corporis parte capitis & cauda vice utitur. Quæ singula eius modi profecto sunt, ut sicæ variam ac multiplicem, rerum vicissitudinem atq; inconstantiam non aperte arguant, quid arguere amplius possit plane non intelligo. At constantior scilicet humana sortis conditio est: constantior? nescio profecto an non longè etiam instabilior? Narrant ij, quibus olim studium fuit, *Philosophia* præcepta fabularum involucris tegere, *Proteum* quendam in *Carpatho* insula regnantem, in omnem se speciem vertere, quippè qui modo hominis, modo *Tauri*, modo *Leonis* aliquando apri, nonnunquam etiam arboris formam induere. Sed nihil attinet in longinquum exemplorum conquirendorum gratia, evagari, cum domesticum abundè suppetat. Satis unusquisq; *Proteorum* domi sua habet, ne foris quærat; Et certe (ignoscite si veritas à me exprimat vocem paulo difficiliorem,) tute ille *Proteus* es. Ecquis enim per *Deos* immortales est, quem in sexcentas affectuum formas variatum eadem dies non videat? vidi ego te risui indulgentem, mox lugentem deprehendam, modo austerum, paulo post affabilem, nunc sanum, nunc debilem, sæpè iratum, non raro sedatum observabo. Alius sedens, alius stans, alius jacens inveneris, latus domo egredieris turbidus redis. Sic cursu rapidissimi temporis primo a volat infantia, deinde pueritia evanescit, mox adolescentiam abscondimus, deinde quicquid est inter juvenem & senem, postremo senectutis optimos annos præternavigamus. Scopulum illum esse putamus dementissimi? vicissitudo est. Sunt quæ dixi audis. mirabilia, sed *Prodigiis* similia, quæ nunc de fortuna lubricitate dicam. Non credo ego, non inquam, (ita mea

salutis

saluti salutis sit,) credo, ullum ullibi, in tornatili hoc orbis theatro extare animantium genus, quod fortunæ aleam ita expertam habeat ut est miserum & plusquàm afflictum genus humanum, usque adeo, ut in eum tantummodo finem formatum hominem putare queas, ut solus inter tot animantium *Myriadas*, omnes fortunæ & infortunii cachinnos, ludibria, assulius experiretur. Audiamus *Cræsum* Regem *Lydia* fortuna vicissitudinibus expositum, eadem mecum conquerentem: Inquit is ad *Cyrum* *Persarum* Regem expeditionem adversus *Tomyrin* *Scytharum* Reginam molientem: Equidem Rex *Cyre*, si tibi videris esse immortalis nihil est opus, ut meam tibi dicam sententiam, sin verò te quoq; cognoscis hominem, illud in primis ediscito, humanarum rerum circulum esse, qui rotatus semper eosdem fortunatos esse non finit. Sed quid cesso *Chilonis*, qui fertur unus de numero septem *Græcia* sapientium responsum in medium adducere? qui ab *Æsopo* *Phrygio* interrogatus, quid *Iuppiter* in caelis ageret? regeffit: *Excelsa* deprimat, depresso extollit, indicans arbitrio numinis res hominum fursum deorsum volvi revolvique. Plura in eandem sententiam ne confecer, notissimum est, quod de *Sesostri* Rege *Ægyptiorum* Historici tradunt. Solitus is fuerat currui vehi aureo, qui à quatuor Regibus captivus trahebatur. Quum autem alter ex illis Regibus crebrius respiciens rotam intueretur, interrogatus à *Sesostri* cur id faceret huiusmodi verba subtexuit: Intuens (inquit,) rotæ volubilitatem, in qua citò ea quæ summa fuerant fiunt ima, cogito de fortuna nostra: Hac admonitione Rex compunctus Reges pristinae libertati restituit. verum,

Non mihi si centum *Deus* ora sonantia lingvis

Ingeniumq; capax totumq; *Helicon* dedisset,

Persequerer varios fortunæ evolvere casus;

Quocirca ubi exorsus sum, ibidem finio, & ad te iam ò beata anima, *Sereniss.* *Heroina* cuius deploratum funeris tabernaculum fluitanti-

X


bus

tus oculis intuemur, ora vultusq; converto. Ecce nos afflicti iacemus & moerentes desiderio tui: Abiisti tu quidem resoluta mortali corpore tutrix Pauperum, tua quidem nos reliquit Praesentia faultrix oppressorum, memoria certe tui non abiit, non reliquit. De te Vngarica semper loquetur Respub. te inclita domus Bethlenica, quae nunc luctu & squalore obsita, absentem Dominam quodammodo requirere videtur praedicabit, te dulcissima Patria per omnes aetates nominabit, imò ut ut omnia in unum universum emarcescant & sub leges mutabilitatis revocentur, Susanna certe Heroïna recordatio (intelligo quid loquar,) ad occasum usq; seculi perrennatura est. Vives, vives, & per ora hominum volitabis, nulla unquam aetas de tuis laudibus conticescet; sed in vanum ego te toties inclamo. Tu quidem haec nunc non audis. At tu auctor vita & vita ipsa Iesu Christe, si fidelem tuam ancillam ad sempiterna gaudia iam admisisti, si novo fidere caelum auxisti, animulas etiam nostras, quando & ubi volueris, in contubernium Angelorum recipe. Quod te per nomen sanctum tuum, per vulnera misericordiae tuae, per aeternum amorem tuum, per omnes miserationes tuas, aut si quid his est tibi gratius, rogamus flagitamus, obsecramus.

Postquam verò finem dicendi imposuit, concio quidem frequens dimissa est. At hora secunda pomeridiana ad valedictionem, quam Reverendus D. Ioannes Puthnoki Thallyiainus Pastor Ecclesiae Debrecinae ex Psalmo 50. Invoca me in die tribulationis tuae, ego eripiam te, & tu glorificabis me, concione: nomine universorum Dominorum Ecclesiasticorum instituit, frequenter concursus est. Is amplissimis verbis Sereniss. Principi valedicens, valedixit etiam Sereniss. Heroïnae manibus eosq; sub spe futurae Resurrectionis in qua Iesus Christus Servator noster corpora nostra debilia conformia, reddet corpori suo glorioso, Dei Opt. Max. protectimi ac Angelorum Sanctorum custodia commendavit. Vixit Annos XXXII.

M. VIII. d. VI. h. X.

ORATIO REVEREN- di Domini Stephani Gelei.

 *U*am tristis, quam lugubris dies iste, Auditores omnium ordinum spectatissimi, quo tam pia tamq; Refer ad dia Heroïna, cui perpetua virventium consuetudine pag. 176, frui, unanimi omnium bonorum voto par erat, mortuorum aggregatur consortio! Quam flebilis, quamq; feralis lux est ista, (si lux tamen & non nox rectius sit dicenda) quam Patrona aeterna luce dignissima tenebricosum terra subit Antrum! Quantum luminaria aetherea obscuratione sui mortalibus afferunt mororem, quantasq; & quam Cimmerias occultatione sui terris offundunt tenebras: Tanti nobis huius tam conspicui sideris occasus peperit causam doloris, tantasq; & tam densas maestitia nebulas oculi suo frontibus offudit. Omnis cheu omnium eo occultente capitis occuluit decor, omnis faciei obsorduit nitor, omnis oris emarcuit viror, omnis deniq; organorum conflacuit vigor. Circumserte quaso mecum lumina & perspicite turbam pulligine scadatam, intue mini vultus circumfistentium ab alio deiectos solumq; praemore defixos, radiis circumquaq; perlustrate visibus ora genasq; fredo lachrymarum alluvio scatentes. Unde per Deum immortalem huius tam inusitata rei advenit causa nisi ex obitu & subitus terram abitu Solis & Luminaris nostri? Cuius occasum lugent utriusq; infernatis iuxta ac supernatis Pannonia Proceres, deslent indigenae Dacia universi, deplorant pulpita, templa, Schola, dolent Muse Musarumq; alumni, atq; dolorem tot Threnodiis, totq; lugubribus

X a

testan.

testantur nanius. Mihiñdè verò omnium minimè hoc sidus occidit? Egone inter omnes mortales nullis eius radiis perfusus unquam sum. quominus nullas super eius extinctū fundam lachrymas? Nequaquam verò. Imo verò mihi quoq; etsi non aequè ac aliis, occidisse tamè dolenter agnosco, suspirans fateor. Alienum itaq; ab omni pietate, & turpi inexcusabiliq; ingratitude foret infame, si solus inter omnes lugentes astorgos, solus inter omnes flebiles Elegias canentes kophon prolophon assisterem. Quo circa tum gratae mentis specimen aliquod liquidum editurus, tum supremos Dna nostra clementissima honores exhibiturus, de mirabili eius convenientia & sympathia cum Sole, pauca admodum, priusquam venerabiles eius reliquiae humi condantur, coram vobis praefabor. Quod dum rudi penitus & crassa Minerva, illepidog; verborum apparatu faciam, quadrantis horula attentionem à vobis humiliter expeto. Quicquid Sol in sua est Sphaera caelesti, id ipsum Principissa in Christo pie defuncta in Sphaera hac fuit terrestri, quod ex utriusq; proprietatū congrua collatione cuiusvis fiet perspicuum. Sol sic dictus quod sit solus, nec atii prater ipsum in mundo Soles, quodq; tantam claritatem solus obtineat, ut solus cum est exortus, obscuratis omnibus astris, appareat. Sola utiq; in terreno isto globo hac quoq; fuisse haud immerito censetur. Ecqua enim omnium & vna Illustrum feminarum huic vel pietate par, vel castitate similis, vel prudentia aequalis, vel aliis femineis dotibus secunda extitit? Non equidem ullam vel esse vel exstitisse facile reor. Quippe cuius insignis pietatis, rara pudicitiae, sagacis discretionis, mascula magnanimitatis, profusa liberalitatis, gloriosi nominis & fame, in orbe Christiano celebratissima fulgor reliquarum feminarum tanquam planetarū minorum claritatem perstrinxit, usq; facis instar ardentissima imitabili suo exemplo praefulsit. Sol astrorum obtinet principatum, centalemq; in septenario Planetarum collegio tanquam Rex & Monarcha occupat throno-

arorum, atq; exinde in reliquorum siderum satellitium, quo corona instar undiq; cinctus & stipatus est, radios micantissimos diffundit. Sic ista non fortuna saltem clementia & gradus Maestatici eminentia, sed & cunctarum matronalium virtutum prerogativa Principatum iure optimo sibi vendicavit, medio eoq; sublimiore residere solio promeruit, unde obscurioris notae ignobilioris nominis Heroides splendore virtutū suarum irradiavit, atq; parem nominis immortalitatem, famaq; melioris honestis virtutibus acquirendā celebritatem ex quadam amulatione provocavit. Sol exortu suo nocturnas tenebras dispellit, nubes diurnas flabello iubaris sui discutit, tempestates dissipat, procellas abigit, aerem serenat, caelumq; benigno suo vultu apricum sudumq; efficit. Sic ista favorabili sua clementia aurag; lenitatis mitissima frontibus maestis maestitia nubem ademit, dolorem & tristitiam omnem procul abegit, letaq; gaudia postliminio reduxit. Totum regnum subinde intestinis dissidiis, inq; apertam seditionem iam iam erupturis turbis & motibus aestuans blando sui oris eloquio concilians sibi animos, demulcensq; pectora primipilarium tranquillavit, atq; hoc pacto fumigarum furorem in flammam exardescere vetuit. Iram praterea mariti sui Principis subinde in Regnicolas aut Aula familiares quavis de causa excandescentem rorantis fauumq; stillantis oris sui suaviloquio extinxit, sicq; coaptatis ultro citroq; animis totam Remp. temperato suo moderamine in ocio detinuit, Principem exoratum eo clementia erga subditos, subditos vicissim eo benevolentia erga Principem adduxit, ut mutuis visis inseruisse officiis, nec facile discretu sit, utrum clementior erga subditos Princeps, an subditi erga Principem sint obsequentiores facti. Sol luminis simul & caloris influxu & occulta quadam energie in cunctis sublunaribus, suiq; orbis circumplexu contentis vim motivam & activam operatur, ad necessarios animalium usus alimenta ex fecunda terra alvo educit, proventibus quibuslibet annū beat, quin-

etiam facultatem generatricem in animantibus secundum Deum ex-
 itat: Sic ista subiectis & quibuslibet intra imperij sui septa conclu-
 sis benignitate sua robur addidit & indidit, bonorum suorum libe-
 rali erogatione duro paupertatis ingo pressos, praëq; inedia languidos
 pavit, baculo panis tanquam palo affixo consolidavit, proletarios
 quoq; larga manu fovit. Sole à zenith seu puncto nostro verticali
 ultra aequatorem per signa Zodiaci Australia degradente radiis eius
 oblique terram ferientibus frigore artus horrescunt, lenta quæq; vir-
 gulta rigescunt, atq; gelu omnia mollia in lapides concrescunt. At eo-
 dem à Tropico Capricorni in versis habenis regradante, caloreq; eius
 ex reflexione radiorum duplicato, innatus vicissim & ingenitus ar-
 tuum calor redardescit, rigida lentescunt, concreta liquecunt, terra
 bisctit, & omnia ex morte quasi reviviscunt: Sic ista quandoq; ab
 oris nostris in extimos Regni Hungarici limites Australem versus
 plagam secedente, omnium tertè præ metu & consternatione animi
 abhorruere, beneficiariorum & clientum præ inedia artus elanguere,
 & exanques penitus exanimesq; diriguere. At eadem post nonnullâ
 moram repedante, solitosq; penates revisente, mox denuo vigor ani-
 mis, calor ossibus, lentor exuiccis, robur enervis, spiritusq; semineci-
 bus redhibitus est. Quod vel unico illo circa solstitium æstivum pro-
 ximè superioris anni re-verticulo satis superq; comprobatum reddi-
 dit. Vix enim extremis pedibus fines Regni attigit, inopes, afflicti
 & quacunq; necessitate pressi catervatim ætutum obviam facti
 grandi libellorum supplicum cumulo manus eius complevere, & sti-
 pem quidem indigi, vindicatione oppressi & iniuriam qualemcunq;
 passi precibus ab ea extraxere. Atq; tandiu hac felicitate indigena
 usi & gavisi sunt, quoad latifundis, prædiisq; suis amplissimis & a-
 memioribus Transylvania coloniis peragratis, retrograda pedem
 in Vngariam non sine ingenti omnium mærore extulerit. Vnde rur-
 sus be-

sus heliotropij instar cum Sole tropico Canceri periodico suo cursu re-
 petente, & iam vicesimum quartum circiter Tauri gradum tenen-
 te ad fines Dacia retrogressa, in publicis Regnicolarum Comitibus
 Claudiopoli eclypsin quasi passa summo omnium bonorum luctu &
 dolore expiravit, æternumq; sui desiderium post fata reliquit. Hei
 nobis miseris, quibus tam charum tamq; clarum caput iniquitate
 fati lumine casum tetro & atro iacet conditum sepulchro! Hei
 quantâ spe decidimus omnes! Quid enim nobis ex salva Domina
 nostra reditu non pollicebamur lati? Quos non concipiebamus spi-
 ritus? Quibus non animos agebamus erigebamusq; optatorum even-
 tuum expectationibus? Excidit, evanuit, expiravit, pessum est, om-
 nis spes, omnis pollicitatio, omnis expectatio. Quanta prohi dolor!
 hæc est animorum ludificatio? Nonne vos Regnicole Dominam ve-
 stram, Solem vestrum gloriosissimum, reducem fore putastis? Sicci-
 ne vos collapsa Alba mania restauratricem vestram excipere decre-
 vistis? Hæc ne pullatâ facie vos palatia sub tectum vestrum He-
 ram vestram mittere optastis? Hæc hæcne pompa funebri vos sacra-
 templi laquearia Divam vestram Susannam, verè Susannam divi-
 nis odoribus fragrantem Rosam suscipere statuistis? Nequaquam
 verò, nequaquam. Imò salvam, imò vitalis aure participem,
 imò regali Pompa redeuntem, imò triumphali curru revertentem
 cum Marito suo, gloriosissimè devictis hostibus triumphante,
 Domino nostro elementissimo, salutare proposueratis. O fallaces
 hominum spes! ô irrita mortalium vota! Omnia in peius, om-
 nia in contrarium fortuna iniuria commutata. Sic sic desflagrante
 Luminari nostro nos omnes nox occupat alta. Etsi enim velut
 Sol quoad radiosam suam Substantiam eclypsat nunquam, sed vi-
 libus solummodo nostris interstitio diametrali corporis Lunaris tan-
 quam opacioris oppositione lumen eius eripitur.

Liber Secundus.

Simili modo sidus quoq; hoc nostrum in se tantum abest, ut clarere desierit, ut longe ad huc maiorem & clariorem lucem sibi acquisiverit, nobis tamen densa mortis caligine offusam lucem amplius participare destitit. Nobis itaq; & non sibi Domina nostra benignissima extincta est, prout non sibi vita comite & humido radicali nativi caloris pabulo suppetente luxu; nobis lucendo seipsam consumsit, haud secus atq; lucerna alii lucendo seipsam depascit. Nobis nobis non sibi obiit, prout non sibi sed nobis vixit. Quapropter ut Sole ab hamispherio nostro ad antipodas decedente, lumineq; eius interiectu molis terrea quasi interstincto, omnia sub oppositis cœli climatibus densis tenebris involuuntur, & faciem pullo quasi in tegumento obducta luctum & dolorem testantur: Sic sic luculento isto & minime lutulento sidere suavi oculorum & cordium nostrorum oblectamento latebras terra invadente, superiectiq; soli crassitie obiecto, omnes pariter fasciis nigrescentibus vultum obnubentes coredacem precordiaq; acriter rodentem prodimus dolorem. Hei nobis iterum atq; iterum! Expiravit omne gaudium; Exulavit laticia; In lessus omnes pariter defluerunt; Comitus iacet neglectus: impexos virgines diffundunt capillos; Desistunt nitella levigare frontes; Corona capitum cinesta squalor! O mortem nullam amnistia delebilem! O casum nunquam satis deplorandum! Pupilla certe cœcorum, Scipio fuit delumbium, cuius ostra habetis ob oculos, ac pariter utrorumq; infortunio ea eruta, hic fractus est. Queritant inde esurigine emaciati altricem, scrutantur nudi amicientem, non apparet. Pupilli flebiliter matrem invocant; vidua assertricem clamitant, non respondet. Ecclesia faultricem, Sacrorum dispensatores, Musa Philomusiq; nutricem lamentis inclamitant, non prodest. Subditi, famuli famulaq; Dominam desiderant, non prodest. Eheu quid isthic est rei? Quae tanta causa austeritatis? Equo se proripuit? quo caput occuluit? in qua se latebras subduxit? sub convexa hac mole: intra alveatum stellati huius busti specum in plumbeo hoc sarcophago exanimis latet. Latet & iamiam subterraneum latebrosusq; succedere ergastulum avert. Vnde post longas noctes, ne omne prorsus nos destituat solatium, in crepusculo illo novissimo instar Solis ab Eoa terra crepidine nova luce exorientis, nitida facie in auras prodibit, atq; ex terrestri hoc orbe cum Sole iuncta Christo, nubis splendida vehiculo aetheream subibit oclypsicam, aternos in ea radios sparsura, nec ullam amplius eclypsin passura. DIXI.

Epistola GENEROSI AC MA- gnifici Stephani Kovachoczy MAIEST. PRINCIP. A CONSILIIS arcanis & Cancellarii.

Aberat ea tempestate, Generosus & Magnus Stephanus Kovachoczy, Volphgangi, Herois eruditionis & auctoritate excellentissimi, Filius. Is enim paternarum virtutum heres, antequam ad supremum Cancellariatûs honorem promoveretur, Sempronium Hungaria superioris urbem, ubi ad id temporis Comititia Regnicolarum celebrabantur, componendorum gravissimorum negotiorum causa, qua mutuo Imperatorem Ferdinandum & Principem Gabrielem, concernebant, Legatus missus fuerat. Quam legationem, cum summa obiret industria, intempestivum de morte Sereniss. Susannæ Caroli nuntium accipiens, hac ad Sereniss. D. D. Principem Electum Regem Epistola usus est:

SERENISSIMA ELE-
cta Regia Maiest. Dn. D. mihi
semper clementissime

CONSideranti mihi Electe Rex Serenissime, quàm variis infinitisq; arumnarum casibus hac vita humana obnoxia sit, non alias magis, quàm hoc tempore tristior inconstantiorq; eius Status occurrit, cum ex insperato adeo luctuosus funestusq; casus, me dies noctesq; gravissimis Maie-

statis



*Statis vestra in negotiis occupatum perculit: Ad quod tempus, uti-
nam me fati rigor non reservasset, quo inauspicatissima isthac occa-
sio, mihi hoc scribendi munus extorquere posset, quamvis enim in-
vitus ad invitam Vestram Maiest. invitâ ipsâ Minerva scribam,
tamen hoc mihi faciendum arbitratus sum, partim, ut officio meo
aliquid tribuam, immortalibusq; Vestr. Maiest. beneficiis vitam
etiam ipsam me debere profitear, partim, uti iustissimum hunc
Maiest. Vestr. dolorem & senticium, qui ex interitu Serenissima,
nunquamq; satis laudatissima Principis, letissima Maiest. Vestr.
coniugis accrevit aliquantulum non consolando quidem sed condo-
lendo imminuam, partim verò, ut & ipse causa Maiest. Vestr. lu-
gendo mihi satisfaciâ. Quemadmodum enim multum ad incre-
mentum puerorum conferre ex Aristotele accepimus, flentium illo-
rum ciulatum non oppressisse, ita, dolori non parum detractum iri
existimo, si quis ad satietatem usq; mereat. Quamquam autem
ea esse Maiest. Vestram sapientia, adeo vigili solertia sciam, ut nihil
ei improvisum, nihil præter expectationem evenire possit, quia ta-
men etiam in oeconomia corporis, uno membro obleso, alias quoq;
partes videmus per consensum affici, ita Maiest. quoq; Vestr. jactu-
ram hanc, quâ amissione dilectissima coniugis viduata est, ægerri-
mo ferre animo credibile est, præsertim, quia ut quisq; sapientissi-
mus, eò molestiores animi quam corporis ægritudines habere debet.
Quid enim Maiestati Vestra intempestivius, quid infelicius acci-
dere potuit, quam talem, totq; præclarissimis tam animi quam cor-
poris virtutibus præditam Principem, dilectiss. coniugem, laborum
sociam, curarum dulce levamen amittere? eo quidem tempore, quo
post tot gravissimos, infinitisq; bellorum casibus Atlantæo quodam
robore superatos labores, quietem aliquam Maiest. Vestr. sperarat?
Equidem cum primum huius rei nuncium accepissem tota mente
ita cohorrui, ut diu similis attonito hæserim, & quamvis ratum
esset id, quod ferebatur, neutiquam tamen mihi persuadere pote-
ram, impossibile ratus, ius in Vestr. Maiestatem habuisse mortem,*

hoc

*hoc præsertim tempore, quo Maiestas V. tantis meritis omne nomen
Christianum affecerat. Quis enim Maiest. Vestra, non dico inve-
niri, sed cogitari quidem potuit ad demenda gentis suæ tot retro an-
nis impacta vulnera accomodator? Quis ea fortuna, in qua est
Maiest. Vestr. posita, dignior? Quis Maiest. Vestra animi magnitu-
dine excellentior? Quis rebus secundis tranquillior? Quis in tan-
to Imperio moderatior? Quo magis ergo Divinas has Maiest. V.
virtutes intueor, eo magis hoc eius dolore afficior, miserrimamq; Fa-
ti necessitatem incuso, quæ Maiest. Vestra hoc gravissimum doloris
vulnus inflixit. Sed posteaquam iam alea jacta est, quidnam am-
plius nobis restat, quam ut una compatiâmur, & quam vivam non
habemus, lachrymis mortuam prosequamur? Crescat igitur cum
infortunio dolor, in dolore constantia, crescat desiderium præcla-
rissima & castissima illius Principis, quæ, si locus antiquorum insti-
tutis esset, ob singularem pietatem, morum sanctitatem, vitæ inte-
gritatem immortalitati consecrari digna fuerat, quoniam autem
vota nostra alia sunt, junctis precibus æternum Numen illud, in-
vocemus, ut si pietas, si innocentia mercedem habent, æterno suo
sanctuario & immortalis gloriæ corona illam beet. Quid vero illius
transmigratio molesta Maiest. V. esse debet, cum præclarissima vir-
tutum eius memoria æternum in ore hominum versetur, & licet
corpore hoc fragili defuncta sit, fama tamen & memoria immorta-
lis semper vivet. Hic igitur dolorem suum, Princeps Sapientissime,
Maiest. V. ut comprimat necesse est. Hic Divinum illud suum in-
genium, quod tot laboribus ad æternitatem illam Platoniam exci-
tauit gentibus ut exhibeat, oportet, quæ enim hætenus se Mæce-
natem literarum, Solonem legum, Licurgum morum, Nestorem belli
exhibuit, sapientissimum etiam, uti revera est, demonstrat, hoc enim
est symptoma illud, quod sapientes viros consequitur, uti umbra
corpus. Quid enim, illam remotum esse ab oculis Maiest. Vestra do-
let, quæ hospes erat mundi, non inquilina, quæ intraverat, ut exi-
ret, laborabat, ut quiesceret? Sapientissimusne fuerat & Socrates?*

sed ra-

sed tamen homo: Religiosissimus & Numa? sed tamen mortalis.
Princeps & Dominus? non tamen ipsi Fatum, sed ipse Fato subie-
ctus erat, quemadmodum enim lex vivendi, ita necessitas morien-
di aequaliter omni animantium generi irrogata est. Soleo sepe nu-
mero mecum inter oia, quando minus sum ociosus, & mirari &
miserari vices rerum, quas imperiosus ille Homeri funis ita vinxit,
ut cum aeterno movente & mobili transmutentur & inferiora per-
petuo, nihil usquequaq; firmum, nihil constans, nihil stabile, sed om-
ni in articulo temporis omnia varientur, adeo ut quemadmodum
Aristoteles nullum in homine momentū invenit, quo stare dicatur,
sed per omnem aetatem aut crescere, aut decrescere, ita, in rebus nul-
lus omnino status est, sed tenore perpetuo, semper accedit aliquid,
quod non erat, & decedit id, quod erat. Oritur homo, occidit ali-
quid, crescunt ima, decrescunt summa, antiquantur nova, inno-
vantur antiqua, nata à nascituris, priora exculcantur à posteriori-
bus. Hinc & illæ lachrymæ, translationes Imperiorum, ruina re-
gnorum, occubitus Monarcharum, Dynastarum, Principum, om-
nibus enim Imperiis, Maiestatibus, ordinibus, Mortis noxa com-
munis est. Quid itaq; tantum privati alicuius damni causa torque-
mur, cum omnia legibus Naturæ & arbitrio fortunæ aequaliter sint
subiecta, quarum optioni pareat in rebus & esse, & non esse? Quo-
tus quisq; est enim hominum, (ut irrationalia præteream, quorum
facilis est iactura) cuius unica saltem ætas offensæ vacet? quot mi-
serias sola nativitas secum habet? quot incommoda? quot mortes?
at educatio longè afflictior est: quid in reliquo vitæ? in quo mala,
natos non modo non deserunt, sed tum primū invadere videntur,
adeo ut homo licet animalium præstantissimum à Philosophis censea-
tur, in nullo tamen partu difficiliorem se natura præbuerit, ut etiam
suas ipsa leges hic prævaricata sit. Principio, ingenti & genitricio
& geniti dispendio nudum infantem in nuda humo, utero explodit,
qui testis suæ imbecillitatis, ab eiulatu atq; lachrymis vitam auspi-
catur, & cum omnium rerum ignarus sit, flere tamen novit, rudis
enim

enim ætas jam incipit, mortalis huius vitæ procellas exhorrescere.
Quid postmodum eo ipso infante imbecillius? Quid abjectius? non
capit cibum, nisi inculcatum: non it, nisi baiulatus huc & illuc, non
se tuetur, nisi defensus, calore & æstu excarnificatur, nisi parentes
sibi speluncam è saxis & trabibus adificent, frigore obrigescit, nisi
se bestiarum pellibus amiciat, fame conficitur, nisi mitissima illa, &
domestica animalia dilaniet. Posteaquam verò misera ætas una cū
pænis istis vernaculis adolevit, quibus incommodis non immergi-
tur? Iuvenis est torquet ignorantia rerum, sollicitudo futurorum.
viaticum senectutis: Senex est: per diu pernoxq; mortis est anxi-
us. Inter hæc autem, quis explicet, quot infortunia, quæ mala acci-
dunt, quot metus à luctu, ab orbitatibus, suspitione, æstu, frigore,
tempestatibus, alluvionibus aquarum, oppressionibus ruinarum, ful-
mine, grandine, veneno aeris, aqua, bestiarum? Si laboribus vi-
tam transmutat, vixisse pæna iudicatur, non lūcrum, si quiescit,
inopiā & paupertate consummitur. Hoc igitur modo degimus, ita
vivimus, per tot terribilia, ad ultimum omnium terribilium ince-
dimus. Mitto præterea concupiscentis & irascentis anima partis
impetus, amores, inimicitias, odia, furores, iras, quæ facilius est
animo consequi quàm verbis; Quid verò de his dicam, quibus etiā
ultra vires Fortuna infusa est, nec illic expirare patitur, ubi spera-
re occeperant, vix enim millesima hominum est pars, cui tot & tan-
ta vitæ incommoda in natali solo devorare liceat, sed morituros
Fata degeneri tellure exponunt. Aristoteli vitam Stagyræ dederat,
Euboas exilium abstulit. Cicero Arpini nutritus, in sinu Caietanæ
peremptus est. Pompeium Roma genuerat, Ægyptus sustulit. Per-
sis Cyrum pepererat, Scythia confecit, Pella Macedoniæ, Alexan-
dri lactaverat, Babylon perdidit. Transylvaniam nostram Matthiæ
Corvino ortum dederat, Imperium Bohemiæ, tumultum Alba. Hic
igitur est tenor humane sortis, ita nulla ætas, nulla condicio quere-
la vacat. Quorsum igitur de hac unica mortis iactura querimus.
Cum multo maiores nobiscum circumferamus, & omnis ætas plena

fit mortibus? Quin potius cum Apuleo Platónico exclamamus: Nos homines ratione sumus, oratione valemus, immortalibus quidem animis, sed brutis, & obnoxiiis corporibus, audacia pervicaci, casso labore, volucritempore, Fortunâ caduca, tarda sapientia, cita Morte. Tameſi autem hæc omnia primo obtutu odioſa hominibus appareant, ſalutaria tamen eſſe, & in optimum finem, à primo illo bono, à quo nihil mali proficiſcitur, ordinata, docent eventa. Incommodusne hominis vita obſepta eſt? nimirum, ut divinus ille homo, qui intellectus & ratio dicitur, excellentes illas operationes, quas otioſas eſſe, nephas erat circa tot obiecta exercere poſſet; quemadmodum enim ignis in obſcuro ſeipſo ſpecioſior eſt, ita nobilitas intellectus, collatione horum eniteſcit. Occidit hordei granum, alio terra inferum, nimirum, ut ex ſcobe & interitu illius reſurgat herbeſcens illa viriditas, de qua Tullius loquitur. Occidit aqua, ſed oritur ær multis nominibus nobilior, quàm aqua; Occidit & ær, ſed oritur ignis, multo nobiliſſimus, occidit, ut alia præteream, Alexander, nempe ut extrema illa Monarchia, in qua Servator generis humani venturus erat, adoleſceret. Interiit Iulius, nimirum, ut ſalutifer ille Auguſtus, qui una cum Monarcha illo ſpirituſali regnaturus erat, aſſurgeret. Occubuit Attila, nempe ut auſpiciis pientiffimi illud Stephani, Geiſæ filij, religio & cultus Dei ſoboleſceret, niſi enim ſpiritus ille Scythicus, qui iam e verſa Aquileia Italia vectigali reddita, occaſu Attilæ inhibitus fuiſſet, non modo Roma Religionem Hungariæ non annuntiaret, ſed & ipſa hodie fabula eſſet. Exceſſit etiam, ut ad rem redeam, Sereniſſima Princeps noſtra, Maieſt. veſt. Coniux caſtiſſima, nimirum, ut Maieſt. veſtra ſapientia, & invictus, in adverſis, animus, omnibus innoteſceret: Licet enim & ea omnia, quæ in hunc uſq; diem Maieſt. veſtra bello & pace ſummâ cum laude geſſit, in luce gentium ubiq; verſentur, quia tamen, ea laus ſemper eſt dignior, quæ peculiaris & propria, ita hic ſe Maieſt. veſtra occaſio potiffimum aperit, ad Divinas ingenij vires exercendas. Quorſum itaq; Maieſtas veſt, luget, vel potius moleſte

fert

fert illius interitum, quæ mortalis nata fuerat, eaq; legem in lucem venerat, ut hinc exiret? Sublata itaq; ſit e medio ſuorum? nempe, quia ius in illam Natura habuit. interierit? at in regnis, in Imperio Maieſt. Veſtra. Deſtituerit Maieſt. Veſtram. at ita in fatis erat. Addito, quod hæc elementorum & materia metamorphoſis eſt, non interitus ſpeciei, lex natura, non pœna hominis, nec incorruptio, ſed reſtitutio elementorum in ea loca à quibus vi cælorum exturbata, & ſibi ipſis fuere interfuſa. Reſtluunt igitur Elementa eodem, unde ſunt excluſa, & una cum cælo, exordia ſua revolutionis & appetunt & repetunt. Hinc circularis illerum ortus & occaſus, hinc moriendi vices alterna & oriundi. Hoccine igitur eſt, quod tantopere homines querentur? Heccine eſt atrox illa jactura, quæ tot ab initio lachrymas oculis expreſſit? Nephas eſt certè, inevitabilem hanc mundi legem repræhendere, eo namq; ipſo, primum Motorem incuſamus, quicunq; enim mutationes hæc ſtatas inferiorum, quæ cum æterna cæli vertigine perrennant, accuſant, & cæli motum & illius motorem accuſent, neceſſe eſt. Quanto rectius itaq; & magis ex officio fecerimus, ſi Stoica quadam Apathia, deſpicientes omnia Elementaris huius trunci ludibria, ire & redire utro citroq; patiamur ea, quæ circa nos ſunt. Faceſſat itaq; querela: diluantur iſthæc caduca, in ea, quæ ſunt, depeculetur ea mors, quæ immortalia eſſe nequeunt: graſſetur impunè impia illa privatio in illa, quæ Sapientes Symptomata materia vocant: noſtrum eſt, aquo ferre animo detrimentum id, quod neq; inſolitum, neq; præter naturam, neq; privatum unius eſt: ſed humanum, ſed naturale, ſed omni ætati, conditioni, tempori, aqualiter irrogatum, quod deniq; in hac vita ſucceſſus, in altera quies immortalis ſequitur. Hæc habui Sereniſſime & Sapientiſſime Princeps, quæ hac triſti & infauſta occaſione hæc de re ad Maieſtatem Veſtram darem, non ignarus Ipſam ea Sapientia, ea prudentia, ea rerum geſtarum experientia præditam eſſe, ut hæc omnia, longè altiori iudicio iam du-

jam dudum comprehensa in animo suo habuerit: tamen cum singularis Maiest. Vest. erga omnes clementia & in me benignitas mihi cognita sit, temperare non potui, quin officio meo aliqua ex parte in gravissimis Maiest. Vest. negotijs absens satisfactorius hac, acerbissimo animi dolore oppressus scriberem, meumq; devotissimum & humile erga Maiest. Vestram obsequium testatum redderem. Vix igitur hac vultu placido, benignaq; fronte Maiest. vestra perlegere, benignitateq; sua me humilimum clientulum suum prosequi non dedignetur, Maiest. Vestra quam demisse supplico: vitamq; felicem & diuturnam, atq; Imperium florens & tranquillum ex intimo cordis affectu exopto.

Sempronij 2. Iunij Anno salutis nostrae 1623.

Humilimus, devotissimus & perpetuus
fidelis Servitor.

Deinde subiecit & epitaphia quaedam, laude dignissimam ingenii sui perspicacitatem, prudentia:

HOC nostris, nimium mærens; heu! Dacia, damnis
Deerat adhuc, tristis quod tulit hora; nefas.
Vt raperet mors seva, tuæ jam gaudia vite
Obrueret tantis teq; inopina malis
Iure equidem tanto mærens. es ista dolore
Et planctu resonant funera mæsta tuo.
Causa est ô ludus tanti tu causa doloris
Carpatici, Princeps gloria magna soli.
Indigno cum te rapiunt, heu funere Fata
Ante diem & claudit te Atropos hoc tumulo.
Sed lingvis curasq; graves, fera gaudia mundi
Aeternum cæli te tenet unus Amor.

Aliud

A L I V D

Quam propera ante diem rapiunt te fata! tuorum
Heu, Amor, heu quondam delictum ecce iaces
Quam nuper, Regina, gravi te vidit honore
Insignem, & coluit Pannonis ora suam
Tam subito, tristi rapuit, Libitina, dolore
Nil potuit famæ læva nocere tamen.

A L I V D

O, Patriæ, gentisq; tuæ decus: optima Princeps,
Te Samus heu, mæstis fleuit & flet aquis.
Te flevère citâ civis heu morte peremptam,
Te flevère Charites, Pax, decor, & pietas.
Mors tua tristitiam tulit omnibus; ipsa dolores
Fert, orbata animo forma decora tuo.

A L I V D

Gratia, forma, decus, pietas, prudentia, laudes,
Princeps casta: iacent quo tegeris tumulo.

A L I V D

Sunt tumuli, Regina, tui, laus casta voluntas,
Incorrupta fides, gloria, fama, decus.
Hoc mortale, licet rapuit Mors effera corpus,
Digna manent meritis, tot monumenta tuis.

A L I V D

Quam fuerat tibi chara, tua Pax aurea gentis
Monstrarunt meritis funera digna tuis.
Dum Gaudes, patriæ post tot fera bella quieti,
Æternum est, Princeps, tunc tibi parta quies.

Z

Ergo

Ergo tu æthereo nova iam indiges addita cœlo
Non poteris fato nobiliore mori.

A L I V D

Dum populos generosa tuos Regina revisis
Et portas Pacis commoda chara tuis
Æternam tibi tunc pacem tua fata dedere
Et linquis curas, & fera bella nimis
O, veterum bene nota, patrum castissima proles
Virtutum cuius tot monumenta manent.
Ante annos, vultusq; tuos, curasq; viriles
Mirata est, animo hæc terra superba tuo.
Flebile sed cernit modo bustum, flebile funus
Virtutum at laudes sidera celsa petunt.

A L I V D

Quo ferar, tristes revocans querelas?
Quo trahar, mæstos paciens dolores?
Luctibus quantum premar? ô supremi
Iussa tonantis.

Quid iuvat tantos superare casus?
Quid graves vasti maris, ô procellas
Tela, quid telis toties retorta
Totve labores?

Cum trahant omnes inimica fata, &
Vix renascentis spacio sub ævi
Cogat, indigno Lachesis dolore
Rumpere vitam

Ecce

Ecce nunc, flori similis juvena
Laudibus Princeps celebrata in orbe
Occidit fato rapiente cœli

Migrat in oras.

Quid decus vitæ, miseranda, castæ
Gratia, atq; ingens sine labe forma
Profuit? sevos licuit nec ultra

Fl. ætere manes?

Sis licet rapta hinc, decus ô tuorum
Iura non in te fera Mors habebit
Vivet æternum volitans per ora

Fama perennis.

A L I V D

O desiderij maxima pars mei
Virtutis specimen clarius inclytæ
Morum casta fides, maximus & decor
Quam cælum Super extulit.

Ergo te innocuam perpetuus sopor
Urget? cui pudor & nescia criminum
Incorrupta fides, claraq; veritas
Hæc, quando invenient parem?

Multis ipsa licet, flebilis ah; nimis
Et chara hic jaceas; non tamen omnia
In te jura manent Mortis; & asperæ
Lethes, quin magè virvida.

Vivis parte tui perpete; te super

Z 2

Certa-

*Certabunt, meritis semper, honoribus
Qui nunc arva tenent Martia Pannonum
Et Daci bona gens tua.*

Ad Serenissimum Principem

Quis tibi nunc duce curarū sociaq; remota
Accedet dolor & gemitus Rex inclyte? cujus
Vna quies tecum semper fuit & labor unus
Quis te è belligeri reducem certamine Martis
Excipiet suavi-allequo? quis mitiget ægri
Pectoris heu, curas? cum tu super ardua nixus
Æterna ecce, tui versas monumenta laboris.
Quem non ullæ acies, quem non domuere labores
Ecce gravi gemis, heu, nimium devictæ dolore?
Sed sapiens jam parce queri. nec funeris huius
Argueris superos, hominem gemis incola mundi
Et vitæ mortisq; capax. Hominem illa professa
Vixit, & hic vitæ spacium fatale peregit
Vidit, multiplices referens ex hoste triumphos
Pannoniis cum iura dâres, te, semper ovariantem
Atq; tuos, pulchra demum cum pace beares.
Plus homini sperare nefas aut poscere Divos.
Hanc dulcis requies, hanc templa decemplicis æthræ
Iam capiunt, hæc jam terrena libera mole
Tuta viget. Felix æternis civis olympi.

Epitaphium

SISTe precor, quamvis properas studiose viator
Carmina, dum tumuli fronte notata leges.

Ille.

*Ille ego Carpatici Princeps, & gloria Regni
Post vitæ, hic recubo fila peracta meæ.
Nomen aves? castæ referebam casta Sufannæ
Karolidum & vitæ nomina clara meæ
Quis quæris coniux? Fama super æthera notus.
Pannonici Gabriel qui regit arva soli.
Ecce cito hinc raptor. Viden' ô moriture viator
Quam nihil humanis rebus inest fidei.
Cara vale ô patria, ô coniunx bone. Tuq; viator
Dicito quisquis ades, Molliter ossa cubent.*

*Patrona & Principi benè merenti.
Stephanus Kovachoczky Cancell.*

Prosopopoeia Albæ Iuliæ AD SERENISSIMAM Electam Reginam, &c.

ILLa ego Principibus sedes gratissima Dacum
ALBA prius, sed BETHLENI nunc regia regis.
Regis qui populos tranquillâ pace locatos
Imperio proffer latè regnando gubernat.
Multa olim perpeffa fui mala; plurima sæpè
Damna tuli, tantis toties exhausta periculis,
Et quandoq; meis penitus spoliata colonis,
Savarnum fueram speleum vile ferarum,
Ipse lupus nostris errabat tutus in aulis,
Nil lepus ora canum, vulpes nil vafra timebat.
Missa in tectis & dira cicuta virebant.

(Infans.)

(Infandum) cruor effusus truncatâq; passim
 Post reditum miseros terrebant corpora cives.
 Magna hac, magna quidem fuerant horrendaq; dicta,
 Sed iam longa dies, quæ mitigat omnia sensim,
 Afflicta tulerat miserarum obliviam rerum.
 Pectore nunc tandem vulnus recruduit imo,
 Vulnus venturis serô sanabile sacris.
 Tene meam video sublatam morte S V S A N N A
 Reginam & Dominam: sic me defuncta revisis?
 Quam toties salvam voto flagrante cupivi
 Cernere: Sicne tuæ nunc te mihi sistis alumna?
 Non solito dextram jungis mihi more? benignum
 Non vultum advertis? non dulcia verba proferis?
 Stant mutum regale caput, non labra resolvit
 Aurea, non reddit vocem, nutumq; recusat.
 O spes fallaces, ô vota, evanida vota.
 Quæ regina prius solidatas robore vires
 Gestabat, digitis quæ monstrabatur honoris,
 En jacet, atq; suis gemitus planctusq; reliquit.
 Aulam Sidonius prius exornabat amictus,
 Fulgebant ostro famuli famulaq; superbo.
 Duris Parcarum arbitrijs sunt cuncta repente
 Mutata, atratos generosos vestis honores
 Cerno cordoliumq; ingens lacrimasq; fluentes.
 Eheu quid faciam? pro te Regina capillos
 Evellam? ungue genas lacerem mea pectora tundam?
 Ense togam scindam? vel truncem corporis artus?
 Nil misera his nil proficio, nam nescia flecti
 Prescriptum servant immitia fata tenorem.
 Certè ego pro meritis tibi iam regina benignis
 Arcus & statuas meditabar fingere dignas,

Arcis

Arcis magnifico decorabam tecta paratus.
 Picturis nitidas tibi versicoloribus ades
 Formabam, calathos verno jam flore repletos
 Serabam, vultus oblectatura serenos,
 Ornabam velis ires quacumq; plateas.
 Omnia sed frustra, cecidit labor irritus omnis,
 Hac tibi debuius viva: quid prohi dolor avo
 Defunctæ dabimus? dabimus tibi dia S V S A N N A
 Idas cum gemitu lachrymas, fletusq; tepentes.
 Omnis lugubri resonet nunc regia lesu,
 Exundent lachrymis Marisus, vitreusq; Tybiscus:
 Dacia te plangat, plangat te Pannonis ora,
 Te plangat Siculus, plangat te Saxo profusus
 Fletibus, & mystæ pariter Musæq; peremptam,
 Funercas p'suta lauro victrice cupressos
 Ferre decet, tristiq; comas obnubere taxo.

O Regina novis semper celebrandâ camænis,
 Inclita Karolydum stirps Sziniadumq; S V S A N N A
 Te festinatis quamvis rapuere sorores
 Annis, nil formâ motæ, nil fascibus ipsis
 Nil tamen hac rabie faciunt: mortalibus ævum
 Dum dabitur, fluvijq; vagum labentur in aquor,
 Indita pectoribus toto florebis in orbe.
 Quis tua sat posset facta enarrare canendo?
 Num? Flaccus? minimè: num Pindarus? aut Maro doctus?
 Nequaquàm: num Maonij vi tanta? nec ille.
 In te cunctarum cumulus se agnoverat unâ
 Virtutum, hoc nostro quæ te prudentior avo
 Examina? quæ meritis maior? quæ justior actis
 Quæ magis temperiem coluit moresq; decentes?
 Quæ clemens magis atq; humilis? quæ suavior ore?

Ipsa

*Ipsa tibi in niveo roseum natura ruborem
Miscuerat vultu, atq; oculis afflarat honores.
Quæ potior sceptris facies? quæ dignior aula
Frons fuit? ante diem te talem, proh dolor, Alba
Cum tantis pariter populis amitto SVS ANNAM?
Heu heu amisi Dominam mihi iure dolendam.*

*Quid tibi nunc animi Rex ô miserande? quoties
Corde cæs gemitus? dum tam lachrymabile funus
Conjugis egregia cernis: quæ nil tibi viva
Carius extiterat, quæ te sincera maritum
Dum vixit coluit, quoties te lenijt illa
Iratum populis? quoties te blanda benignum
Sontibus emeruit? tristi tibi leta voluptas
Extiterat, fesso requies, ægroq; medela.
Quid pro tot meritis cara dabis ipse SVS ANNÆ?
Si Mausoleum, cippus, fulvasq; coronas,
Digna est: ipsa quo ad me numinis aura benigni
Pascet, Regina tumbam venerabor in annis
Omnibus & plectro nomen modulabor eburno*

EPITAPHIUM

*HIC nive candidior Regina Susanna quiescit,
Stella, decus, specimen, gloria Karolyidum,
Quod si Præstanis hæc incessisset in hortis,
Cessissent dominæ, lilia, caltha, rosæ.
Præstantem virtus animum decoraverat ardens,
Fœmineo exemplum quò foret ipsa regi.
Iam sex lustra ævi atq; duos compleverat annos,
Hebdomadaq; octo, cum fera mors rapuit.*

*Digna fuit Pylij vitâ Reginâ vetustî,
Quisquis ades tumulto thura rosasq; dato.*

*Deplangebat Egregius Paulus Forro de Haporthon,
Electæ Regiæ Maiest. Hungariæ &c. Aulæ Famil.
Solis equis in Geminis Currentibus.*

T*VP* *post ampla quidem funesti munia belli,
Et tam felici fœdera pacta manu,
Plausibus innumeris, & victrice undiq; lauru,
O patria vindex optime, dignus eras:
At te fata, quibus nullo discrimine rerum
Miscentur solitis omnia nostra malis,
Instaurare iubent chara devota marito
Funera, & ad mæstos spargere dona rogos.
Triste satis, fateor; sed te, qui cetera vincis,
Hæc quoque constanti pectore ferre decet.
Illa, parum firmi procul hinc à sordibus ævi,
Incolit aurati templa serena poli:
Hic vastum hoc miseros quod nos involvit inane
Despiciens, inter præmia mille sedet,
Mortalesque uno peritura laudis amore
Ridet inexhausti ferre laboris onus,
Et curas inter jactari, & inertia vota,
Ceu ruit incerto navis onusta salo.
Interdum cum facta tuæ sublimia dextræ
Cogitat, & sumpta nobile pacis opus,
Gaudet, & ob partam, PRINCEPS auguste, quietem
Gratari populis incipit ipsa tuis,
His expleta bonis, animisque adnota piorum,
Qua cythara, & cantus, & joca lata vigent,*

*Elegia M.
Opitii*

Extollit rerum non ficta laude parentem.
 Etique ipsius pectora fonte rigat.
 Tu gemitus ducens, heros invictè, profundos,
 Saucia crudeli vulnere corda geris.
 Ipsa tibi comitem se ripa binominis Istri
 Iungit, & insolitis ad mare vergit aquis.
 Hi flores, herbaque, licet pulcherrimus annus.
 Nunc eat, & Zephyris facta calefeat humus.
 Hæc prata, hi colles quasi tacti frigore languent,
 Et quidam luctus qualibet arbor habet.
 Carmina Pastores miseri feralia texunt,
 Ingeminant tristes roscida rura modos.
 Me quoque, quem patria Numen cæleste relicta
 Has voluit terras, hos habitare lares,
 Me quoque non accepta juvat, sub limine primo
 Ingressus, mæsta fila movere lyra.
 Salveat cum lachrymis, letarum Dacia frugum,
 Magna parens, celebri fertilitate potens,
 Dives opum variarum, oppleta armisque virisque
 Fortibus, at domina jam viduata tua.
 Scilicet hic rerum stat terminus, omnibus æquo
 Tardius aut citius mors venit atra pede,
 Urbibus hæc validis lex fixa est, ipsaque regna,
 Cens senio quondam victa situque, ruunt.
 Ne quis nos, mortale genus, moribundaq; membra,
 Vivere non rupto posse tenore putet.
 Hic animus noster, divina nobilis aura
 Surculus, interitu nos rapiente, manet.
 Illæque vagas cursu spaciatur in auras,
 Et petit agnati splendida tæcta poli.
 Huc tua, magne Pater Patria, translata marita est,
 Libera curarum quas miser orbis habet.

Si n.

Si numeras annos, poterat superesse, nec illam,
 Ut solet, ætatis segne gravabat onus.
 Sed si divitias mihi, si perpendis honores,
 Et quicquid nobis hic queat esse boni,
 Venerat ad culmen, Princeps faustissime, tecum,
 Quò Deus, & virtus te tua celsa tulit.
 Omnibus expletis cælum restabat; & hic est
 Plus ultra nostrum nemo venire potest.

ΔΑΚΡΥΑ

IN EXEQVIAS TRISTISSIMAS

SERENISSIMÆ, PIIS-
 SIMÆ, Omniumq; Matronalium

Virtutum Encomiis cumulatissimæ Heroinæ

Ac Dominæ Dominæ SVSANNÆ

Catolyi, &c.

PROFVSA

Humillimæ observantiæ & gratitudinis

ERGO

A

Rectoribus & Alumnis Illustris Scholæ Sauros Patarchinæ

Mæstissimis.

L SOSANNA, Id est: LILIVM.
 Iliapulcra fuere SVSANNA tamen
 Cor ferret lolium, messis inane bonæ (jacet ætæ)

Aa 2

Vt po-

Ut potuit sanctè vixit tamen ô bone lector
 Hanc quoque iustifico Mors sicelice fudit
 Floruit illa satis, flos alter erit, sed & ille
 Quam cito privati floris honore potest?
 At bene qui caluit Melsiæ Solis ab æstu,
 Hic homo perpetuum floret in axe Poli.
 Non moritur benè qui vixit. Mors Ianua vitæ est;
 Morsque pio certum cuique salutis iter.
 Nec refert, puer an moriari senexve, quid ætas
 Ad superum confert regna beata Patris?
 Plus satis is vixit, paucis qui fœnerat annis.
 Dotibus ingenii multa talenta DEO.
 Nec quali letho, sed qualis abiveris inde,
 Aestimât extremi Præses & urna fori.
 Exiit exanimeis alius cito corporis artus:
 Alterius lentum pectora virus edit.
 Carus uterque tamen superis: & regia cœli
 Dum modo corde colant numen utriq; pareat.
 Te voco flos testem pietate S V S A N N A perulæ.
 Cuius Rex & grex ossa recondit humi.
 Pura fides & sancta gravis patientia morbi
 Te ceu capreoli, iam super astra levant.

REGINA LOQVITVR.

SI REGINA cado si Principis incluta
 Vnde tumes? fumus pulvis & umbra sum? (cōiunx.
 Sola manet pietas animi, post funera: solam,
 Dum sapis & vivis, vir, mulierq; cole.
 Quicquid habet vitam, manet & mors, ibitis omnes:
 Ibitis ad cœlum, qui pius ibit, adit.

Ioanne Filiczki P. C. & Illustris Scholæ

Saaros Patak Rector primario.

Herol-

HERONA potens, atavis Illustribus orta,
 Morte cadit, seculi gloria rara sui,
 Multiplici Virtus hanc stemmate cinxerat, Anna
 Pectore: Sarâ thoro; pondere Dorcas, erat
 Anna; S V S A N N A fuit, flagrabat amore Iehovæ
 Cultus, prompta sacris semper adesse foris.
 S A R A fuit thalamo, illustrem venerata Maritum est.
 Syncero & coluit pectore pacta thori.
 Dorcas erat factis; stipis era petentibus agris
 Christe tuis, nutrix, Mater & alma fuit:
 O fœlix thalamus qui talem Heroida dives
 Possidet, hic auri pondere maius habet,
 O quater infœlix, spoliata Heroide tali,
 Princeps Pannonici gloria rara soli,
 Christe, Patrem patriæ tali dignare precamur
 Coniuge, quæ fiat nata Susanna, Sara
 Tu verò placide in Christo Heroina, quiesce,
 Ultima dum magni venerit hora Dei.

Martino D. Muraközi Rector Scholæ Secundariæ.

Quis dolor hic tantus, quæ tanti est causa doloris?
 Quos secum, heu! luctus symmata pulla trahunt?
 Cur ita luctifono complentur murmure colles?
 Tristitia cur querula moenia voce gemunt?
 Quæ populum largos diffundere lumine fletus,
 Et lacrymas lacrymis addere causa fuit?

Mortis inexplētæ rabies temeraria cogit:
Inscia quæ flecti, & ferrea corda gerit,
Totius inviolata dedit cui Iupiter orbis
Iura, nihil pueris parcere, nilq; viris.
Cui summos humilesq; pari prosternere lege
Consuetum, & miseræ tradere quemq; neci.
Heu mihi, quas cædes, quam multa cadavera patissim
Falce cruentatâ parca nefanda dedit,
Vt nihil hanc fasces, diademata, Pontificalisq;
Insula, nec durus scit prohibere ligo!
Ecce suas etiam sub leges sæva vocavit,
Iussit & immites sustinuisse manus
Carolidum quondam generosa è stirpè SVSANNAM
Quæ nuper Summi Principis vxor erat.
Principis uxor erat Gabrielis, sceptrapotenter
Inclytus Hungarici qui regit Imperij.
Hic pietas, splendor generis, thalamiq; superbi
Ad propulsandam nil valere necem.
Digna igitur causa est plangendi, digna querelas
Luctificis Musas continuare modis.
Quare, agite ô tristes imo de pectore planctus
Fundite tertrinx voce gemente Deæ.
Est pietas lacrymis defunctos flere parentes,
Vita fugax terris queis sine labe fuit.
Est pietas imo lamenta effundere corde,
Mœstitiamq; udis significare genis.
Ah sortem miserandam; ut trux, sine lege furendo,
Templa. Scholas, validâ mors spoliavit ope!
Hæc musis alimenta dabat prodesse solebat,
Sensit & hic largas culta Minerva manus.
Sistere sed lachrymas tempus cohibere querelas
Vult pietas iustis fletibus esse modum.

Ioanne Simandi Seniore Scholæ.

Fle-

FLavit ut Alciaden magni Iovis arte nepotem
Quondam Pierij turba novena chori
Flebilior longe HERODIA Patrona piorum est
Cui lachesis vitam suslulit ense ferox
Triste heu! sed rursus rupta tellure resurgit,
Ultima cum Christi clauxerit orbe tuba.

Matthia D. Comiati Collaboratore primario.

TVtela plebis, pacis & artium
Accepta nutrix culmen in aurum
Translata Regina est olimpi
Sedibus Elysijs potita.
Sortem beatam gratulor & statum
Istum! draconis faux nihil officit
Illic, nec ævum longave atas,
Nec Lybitina Sinonve dirus.

Valentino, G Dobrai.

SÆpe novi redeunt miseris mortalibus anni
Qui mala tam celeres, quam bona multa ferunt
Milleq; morborum (dolor heu) nos agmina terquent
Atque adigunt siccam corda subire necem
Nil hic sunt lacrymæ, nec possunt fata movere,
Omnibus hic nobis exitus unus adest.
Stamina fixa tui, mors invida persequat ævi.

Rum-

Rumpit & hic vitam, Magna Patrona tuam.
 Tu sed Alexiaco jam cantas Carmina Christo,
 Talia quæ nunquam lingua caduca potest
 Donec orans idem veniat jus dicere mundo,
 Corpus & hoc anima jungat ut ante sua.
 Ioanne M. Gōnci

B Landitur Auster vitrea secūli
 Fortuna suadet temperie frui
 Maij Calendis & Dianæ
 Delicias sequier cupitas,
 Hæc est voluptas elca mali probro
 Mortalium quæ turget & effera
 Præcordia infestans, veneno
 Tingit hyosciami medullas.
 Contra Penates subdola retia
 Tendens minatur Polluce naufragi
 Cum fratre Lædeo marini
 Præsida utroquē dolis timendo
 Quid quod Diætæ fercula proluant
 Letho, nec almo Iuppiter impleat
 Dulcore vitam? nec favore
 Alliciat miseros paterno.
 Exosa reddat culmina seculi
 Quapropter atro flumine Tantalii
 Solvit Penates & furore
 In patriamque refert olympi.
 Sortem novereas fulminis asperam
 Fortuna cudit fel cyatho, nefas
 Dictu propinans heu veneno
 Miscuit & capibus fefellit.
 Reti dolesæ capta vafro pia
 Regina Clothus, complice perfida
 Iunone Fortunaque dira
 Occubuit Siculorum asyllum.

Sidus

Sidus eoruscans Pannoniæ recens
 Letho, peremptum! Forminei decus
 Palmare, sexus & corona
 Condita quæ tumulo quiescat
 Te lugeant jam quotquot in Hungariâ
 Tellure vivunt te madidis genis
 Sclavi Susannam concinnant, &
 Iazyges ingeminant, Dacique
 Artus Susannæ marmore frigidî
 Isthoc quiescant, claude melos meum
 Voto recenti Musa, busto
 Molliter ossa cubent sepultæ

Stephano Galgocsi

P Langite Reginam, Charites, gratissima vestris
 Si fuit illa oculis, si fuit illa decus.
 Certè vel pietas mæstos turbasse capillos
 Et possit virtus illacrymasse genis.
 Excruiat nostros artus sincera Patrona,
 Mors tua nec tristi corda dolore carent.
 Nam veluti vernans rigua qui flosculus horto est,
 Quem matutini germinis aura tulit:
 Vix fervente aestu Boreæ, vel frigore tactus,
 Palluit & sensim colla remisit humi,
 Sic viduat Regem sæva inclementia mortis,
 Regia sic tristi est plena dolore domus.
 Ergo, cur plores hodiè, cur funera Bethlen
 Heu Stephane, ut Matris, tristè sequaris, habes
 Et nos cur simus mæsti, cur mæreat Vnam
 Inclutus hanc Princeps, cur lacrymetur, habet.
 Cur sua, dives opum, promat suspiria tellus
 Vngara, cur tellus ipsa Bohema fleat.

Bb

Vosq;

*Vosq; Metanasta, Saxo, Siculiq; Patronam
Lugetis palam est, occidit illa semel.
Inclyte Rex, merces consortem morte peremptam,
Lumina nec minimam sorte ferente madent.*

*Sed nimio luctu suspiria ducere quasô
Parcito, sic superum jussâ verenda ferunt.*
Nicolao, K. Baroulo.

O quam vita brevis, quàm citus exitus !
Ceui Titan radijs mobilis aufugit,
Perlustrans rapidè quæ libet abdita :
Sic vitam fera mors rapit.

Non hæc pœonia, neve machaonis
Extendi arte potest : sumat & Herculis
Scutum cum jaculis progenies Iovis :
Mortis corruiet ictibus

Hæc vivis memorat flebile funus hoc,
Cujus nunc Lachesis surripuit ferox.
Vitam forpice, pro irremeabilem :

Quod quemvis hominum manet
Hoc regina pijs suggerit omnibus,
Cujus nunc Lachesis fila scidit ferox
Vitæ, quæ recubat mollitèr in Solio
Et Christi placidè sinu.

Stephano Sz. Carolino.

Mortalem liquit vitam nunc diva Propago
Carolidum, sed cum scenore liquit eam,
Non lugere decet, vivit super æthera virtus :
Dogmata nam coluit religiosa, Deum.

In

*In cœli, Divos inter, jam sede triumphat ?
Mundus hic immundus cui minus æquus erat.*
Stephano, S. Miskolczs

LA Tòus umbras triste per horridas
Incedit ora, haud fulgor ab ore iam
Consuetus ardet consonanti.
Ingeminant Charites querelas.

Eheu Coreæ plausus & occidit,
Lugent Camena, pulpita & omnia :
Divùm & catervæ conqueruntur :
Iulia & exululant puella.

O ter beatum Pannoniæ decus :
Clamat Patronam Sponsâ Dei piam
Tristis gemendo Te revolvens,
Carminibus tumulo dicatis.
Gregorio N. Tariani

CVncti Pannoniæ proceres & turba miscella
Ponite nunc Tyrio radiatas murice vestes
Induite at potius nigro carbone notatas
Namque nitens speculum decus immortale Patronam
Sustulit è vivis eolumen mors, invida, pressæ
Sustulit heu patriæ Sydus celebremq; coronam
Hæc pietatis amans semper fuit atq; verendæ
Regula justitiæ, & præfixa columna Minervæ
Quilibet hoc ergò sincero corde precetur.
Ut placide requiescant urnâ membra — SVSANNÆ
Spiritus electus colat aurea testâ polorum.

Alberto G. Dioszeghino.

Bb 2

Æter.

ÆTerna Divum lege necessitas
 Producta sanxit, cuncta silentio
 Transire, damnata & Minervæ
 Heclores opibus referre.
 Plus sat Celeno, nunc Nemesis mero,
 Insaniens, sævo intonat omine,
 Natalis horæ lustra mutans,
 Falce rapace petens Patronam.
 Eheu trium nunc pestifer halitus
 Serpit Dearum, nempe furoribus.
 Magnos Dynastas, horridiq;
 Imperio subigit Charontis.
 Vah sic cruenta nunc opus aleæ
 Fortuna fixit sub Iove, ferro
 Somno & peremptam pervicace
 Tabe ferit Patria Patronam.
 Relinquit ergo culmina Regiæ
 Sedis, minacis carmina nenia
 Dicat Marito mæsta charo,
 Haud memoranda metro canoro.
 Et nunc Olympo premia divitis
 Palatij concredita iugiter
 Felix resumit, leta vite ac
 Digna brabeia capit beata.

Michaele Gónczi.

Luci.

LVetibus Heliades donec vos vipera mor is
 Urgeat in nihilum & diruta quæq; premat.
 Ipsa domos Irj, Regumq; palatia pulsat:
 Omnia turmatim falce supinat humo
 Splendida sub rigido veluti Cleopatra sepulchro
 Clauditur exigui dives humata soli
 Sic Dea divinæ fortis, Patrona palæstræ
 Occidit, & nigræ, membra dicavit humo
 Ah Proceres regni, divorum sanguine creti,
 Nunc lacrymis mæstas quisq; rigate genas
 Inclyta nam Regina cadit nunc mortis acerba
 Falce, reliquit humum? possidet inde Polū,
 Quam nunc Telsiadū lacrymarum flumine lugent
 Nos quoq; flere jubent turba novena metris.
 Sis jam tu felix, sis dotibus aucta supernis:
 Integra donec eris, corpore, mente, simul.

Stephano K. Szikzai.

ECquid superbos Pannonidum genus
 Vultus ad arcum tollis Olympicum?
 Splendore quid lato decenter
 Purpureos decoras capillos?
 Annon sepulcrum tela minantia
 Prasens tonantis sanguine turgidum
 Testatur insontique multa
 Exitij mala monstra terræ?
 Hec dulce genti presidium sua

B b s

Gazisq;

Gazisq; egentes Attalicis iuvans

Heu patriæ fulcrum ruentis

Oppetit, properante fato

Decoris ergo quicquid habes age

Depone, sortis vertice lugubri

Quanta laboras in Charibæi

Ab patriæ miseranda tellus

Rursus dolendi præfica funeris

Egras resumat iam querimonias,

Iam tu piorum mæsta proles

Fer gemitus lachrymosa tristes.

Et vos Camæna dicite flebiles

Hac urna reddat lilia candida,

Nec non Patrona tam benigna

Ossa rosas violasq; spirent.

Ioanne T. Abany

FVndite castalides lacrymas gemitusve sorores

Edite nunc tristes Pallados aula sonos

Lugubris heu subito nobis illuxit ab ortu

Et carbone nigro læpe noranda dies.

Mors siquidem vitam crudeli falce Susannæ

Eripit & tristes spargit ubique minas

Ac quia sic superis placuit divina voluntas

Sit, mediâ Sanctis de nece vita venit.

Paulo B. Lizkaino.

AMphion lacrymis, superas mæstus riget auras

Dilanietq; suas Orpheus ipse genas

plan-

Plangant nunc quorum sunt tempora cincta corollis

Purpureis & tu turba novena chori

Condita Regina exiguo quia membra pheretro hoc

Ecce jacent nuda ast mens colit astra poli.

Francisco Kerešzturi.

OPhæbe, cultus despice Delphicos
Atrâ occupavit nube polum Deus

Discerpe rorantes capillos,

Rumpe fidem, citharæq; nervos,

Nunc dulces carmen, nunc hederæ decus

Maligna vestræ sustulit Atropos.

Suspende de tergo pharetram

Pasce boves, lacrymante vultu.

Arguta Cannæ vox taceat: tibi

Adiunge vanum, Pegasides chorum,

Assume, singultus cientem

Montibus in terricis, avenam.

Nunc pulchra squalent, nunc nemorum Deas

Nunc & Napæas, nunc & oreades

(Regina quod letho perempta est)

Penula pulla tegat precamur.

Hanc in Britannis plangere condecet

Oris, & æquum est nomen in æthere

Finire, cum luctu & sepulcri

Perpetuos celebrare fastos

Georgio Szempleni

Eheu dulcisonam chelin, ô Latonia proles
Abijce nunc tristiq; querela accende sorores

Vt

*Vt nigro properè cuncta velentur amictu
Pannonia siquidem decus ingens conditur urna:
Spargitur & lachrymis procerum spes unica dignis
Et meritò cuncti ingeminant planguntq̃, Susannam
Et vos patronam Musæ, haud doleatis ademptam?*

Petro Miskolczy.

NIL audet Lachesis, nil Acheruntia
Styx, nil Persephone ferrea, tollere
Iesu sanguine tinctum,
Imò fata neceffera.

Ergò cur laniæ unguibus inclytæ
Vultum Pannoniæ, natio strenua

Non amissa virago
Est regalis in ardui.

Sed præmissa poli culmina, nunc ubi
Immarcescibili iam diademate

Vt Sol, cincta, refulget
Summum magnificans Deum.

Thoma Ponicoeno.

NON ita fata sua gemuit miseranda Chorus
Cassandræ doluit nec Plautius ille maritam,
Bethlemi lacrymis oculi ut rorantur abortis,
Nec dolor est maior quàm cum violentia mortis
Unanimis lecti socialia iura resolvit.
Interea, Princeps, cordis deponere dolores:
Nam licet in terris mors vos seunxit amantes,
In cælis iterum coniunget vita perennis.

Stephano P. Dioszegi.

Pulla-

PVllata ferali tonantis pignora
Comam cupresso cingite:
Chelysq̃, tristes icta vobis nœnias
Sonet procacis heu furor
Mortæ S V S A N N A M rore sparsit marcido
Umbrisq̃, merfit horridis!
Heu quando veritas Sorore cum fide
Parem Patronam repperit!
Nunquam ruinam desset hanc sat Pannonis
Pubes lacrymulis jugibus.
At quod cavendum contigit nulli, pati
Hoc mente tranquillâ dixit

Ioanne Barfi

QUas ego Thespiadum turbas sua pectora cerno
Tundere? quos planctus audio quos gemitus
Eheu occubuit Divum Berecynthia mater
Iuppiter unde tuum clare pependit onus
Acilde succubuit Fati percussa cruentâ
Hem jacet, ô Patria spesque decusq̃, sua
Eja igitur lacrymis turgescant pectora Musæ
Namq̃, decet vestras immaduisse genas
Iam tremulas flentes, ad sydera tollite palmas
Et votis superos, sollicitate sacros.
Huic similes ut dent, vobis sacra turba Patronas
Quæ celebrent rectè numina sacra Dei.
Quasq̃, sinant placide Fithonia seclâ videre
Annosi nec non tempora longa senis.

Michaele Aiy,

HEu nimis infœlix, nimiû lacrymabile tempus
Cernimus ô charites dulcesq̃, ante ônia Musæ

Nunc

Cc

Nunc etenim patriæ miseræ decessit asylum
O quàm mors fallax quàm nostris invida rebus
Semper adest: verùm Musæ lugete Patronam
Et proceres matrem, jubar & lugete Penates
Sed quid verba juvat, quid tristes promere cantus?
Mens cœlo, caro sed placidè tellure quiescat.

Andrea K. Szikszai

Syderei postquam spacioſo climate circi
Fratrum ſydera Tyndaridarum
Complèssent curſum, flammæ lymphisq; le vassent,
Oceani gelidis, Thetyôsq;
Ingreſſi iuvenes magalia roſcida divæ
Lassa dabant ibi membra quieti.
Fulgentes chelas & concava brachia cœlo
Carcinus exporrexerat ardens.
Vulnere Iunonem fallax violavit hyulco
Morta, feræ ſopor atq; gravavit.
Ferreus hanc mortis: tamen ut ne ſentiat udam
Corpus humum Saturnius illam.
Sedibus in propriis ſacro folioq; recepit
Quare nivet ibi pia ſemper.

Stephana P. Szeli.

Flos velut in pratis ferro præſectus adunco
Demittit nitidum purpureumve caput:
Sic ſeries vitæ, varijs exercita curiæ,
Deficit & freno non remorante fugit.
Aſpice fallacem ſortem, Dominamq; potentem,
En iacet exigua magna virago ſcrobe,

Magna

Magna virago iacet, lethi violata cruento
Enſe, age turba Deo pectore funde preces.
Mors cum ſumma petit, populo iactura parata eſt.
Hanc cor amans iuſti tollit & una fides.
Michaelc Paloczi.

Si mea Muſa vales tristes profundere verſus,
Et noſti pedibus jungere ritè pedes:
Carmina deſuncta lugubria pange parenti,
Quam nunc Pannonia parca cruenta rapit.
Aſpice Pannonia cunctis deſinibus adſunt
Pannonæ & tristes triſtia metra canunt
Dic igitur, buſto corpus requieſcat in illo,
Mens vigeat clara ſede beata Poli.

Demetrio Maklari

Dira ſi quando Libitina vivis
Suſtulit quosdam Proceres potentes
Fecit hoc ipſum teneram occidendo
Falce Patronam
Crede Tytanum Vngariæ coruſcum
Suſtulit lethum; dolor urget ima
Maximus præcordia te Patronam
Occubuiſſe.

At, Deo ſummo placuit, quieſcas
In ſolo! quare tumulo profundo
Membra pacatè ex animo precamur
Frigida durent.

Gregorio Bathori.

Limina dum patriæ peregrinis latus ab oris,
Acceſſi, cupiens, qua ſorte ſuuntur amici

Cc 2

Ccno.

*Cernere: narrantur mihi tristia funera, laudem
Coniugis ecce tua, Rex clementissime nomen
Quæ tulit æthereæ Rosule, pietate quod ipsum
Agnovit Christum, quem mente fideq; tenaci
Amplexa est Sapiens, multas virtute præibat.
Forsitan hinc Domini accensam meditaberis iram
Ante diem quod te privarit coniuge tali?
Absit: nam Dominus fidissima pectora abundè
Exercet pœnis cruce, multorumq; malorum.
Congerie: interdum sanctos premit atq; fatigat.
Sanctius ut discant mundo traducere vitam.*

Ioanne Monachino.

REX Auguste gemens iusto moderare dolori,
Cede Deo & soli fide, beatus eris.
Ipse tuæ affundet solatia dulcia menti,
Ablatumq; tori reddet ab axe decus,
Non igitur tollent quæsitam funera laudem:
Vivet honos famæ chara S V S A N N A tuæ
Dùm ramen ista Dei fuit, & fuit ista voluntas,
Eius: an infectam reddere vota queant?

Michaelis Czezino.

F I N I S.



